Gymnasium zu Cassel
Lyceum Fridericianum
genannt.

Einladungsschrift
zu den
im Gymnasialgebäude am 29. 30. 31. März
stattfindenden
Prüfungen und Schulfeierlichkeiten.

4

Inhalt: 1) Dissertationis de latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt, particula IV; 2) Schulnachrichten. Beides von dem Director.

Cassel, 1852.
Druck von Theodor Fischer.

Dissertationis

de latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt,

particula quarta.

Postquam dissidia Latinorum et Graecorum ex seculo nono adeo creverunt, ut omnes Latinorum basilicae Constantinopoli clauderentur [1]), quamquam ex more antiquo *Imperatori latinae laudes et in ecclesiis graecis recitabantur latinae lectiones* [2]), undecimo demum seculo commercia inter Romam et Constantinopolim de rebus sacris denuo institui coepta sunt. Leo enim IX, summus episcopus Romae, ut pacem ecclesiae latinae cum graeca conciliaret, anno MLIII Humbertum et Petrum et Fridericum legatos Constantinopolim una cum epistolis latine scriptis ad Constantinum Monachum [3]) Imperatorem et ad Michaelem Cerularium [4]) patriarcham Constantinopolitanum misit. Qui quum in monasterium [5]) Studii intra urbem Constantinopolim advenissent, Humbertus [6]) contra calumnias Graecorum in Latinos jactatas, inprimis contra Michaelem, qui ecclesiae romanae auctoritatem imminuere atque pontifici romano dignitatem detrahere studebat, apud Imperatorem multa egit et Dialogum inter Romanum et Constantinopolitanum latine scripsit. Is Dialogus, qui latine superest [7]), una cum iis, quae Humbertus cum Imperatore transegerat, jussu Constantini ex latino in graecum translatus et apud Graecos evulgatus et servatus est [8]); sed Graeca interciderunt. Idem Humbertus anathema sive libellum de Michaele excommunicando scripserat, quem *Paulus* et filius ejus *Smaragdus interpretes Latinorum* [9]) injussu Imperatoris, ut videtur, graece converterunt

[1]) Leonis IX Epist. I apud Coletum Concil. general. T. XI p. 1336.
[2]) Leonis IX Epist. l. l. p. 1333.
[3]) Apud Colet. l. l. p. 1350.
[4]) Apud Colet. l. l. p. 1319 et p. 1349.
[5]) In eo fortasse lingua latina utebantur; Nicetas certe Pectoratus, qui tunc libellum contra Humbertum sive contra Latinos latine scripsit, monachus fuit ejus monasterii; cf. Baron. Annal. eccles. Tom. X p. 706 et Saxii Onomast. T. II p. 181.
[6]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 483 Harl. et Saxii Onom. T. II p. 180.
[7]) Ex codice Vaticano apud Baronium l. l. p. 683.
[8]) Baron. l. l. p. 213, qui Leonem Ostiensem affert testem; cf. et acta, quae ab Humberto ipso scripta esse dicuntur, apud Baronium l. l. et apud Coletum l. l. p. 1360.
[9]) Baron. l. l., Colet. l. l. p. 1361 et Sigebert. Gemblac. de script. eccles. c. 151.

et in medium protulerunt, ea de re verberati, detenti, Michaeli traditi. Id anathema, italicis literis exaratum [10]), quod legati romani arae maximae imposuerant, Michael per *Cosmam* protospatharium et *Pyrum* [11]) Romanum et *Joannem* monachum Hispanum graece reddendum curavit [12]). Interpretatio ita se habet:

Narratio Humberti apud

Colet. *T. XI p. 1361.*

Quicunque fidei sanctae romanae et apostolicae sedis ejusque sacrificio contradixerit, sit anathema maranatha [13]), nec habeatur christianus catholicus, sed prozymita haereticus. Fiat, fiat, fiat [14]).

Humbertus dei gratia cardinalis episcopus sanctae romanae ecclesiae, Petrus Amalphitanorum archiepiscopus, Fridericus diaconus et cancellarius omnibus catholicae ecclesiae filiis. Sancta romana prima et apostolica sedes, ad quam tanquam ad caput sollicitudo omnium ecclesiarum specialius pertinet, ecclesiasticae pacis et utilitatis gratia ad hanc regiam urbem nos apocrisiarios suos facere dignata est, ut juxta quod scriptum est descenderemus et videremus, utrum opere completus sit clamor, qui sine intermissione ex tanta urbe conscendit ad ejus aures, aut si non est ita, ut sciret. Quamobrem cognoscant ante omnia gloriosi imperatores, clerus, senatus et populus huius Constantinopolitanae urbis et omnis ecclesiae

Acta synodi Constantinopol. apud

Colet *T. XI p. 1457.*

Ὅστις ἂν τῇ πίστει καὶ τῇ θυσίᾳ τῆς ῥωμαϊκῆς καὶ ἀποστολικῆς καθέδρας ἀντιλέγη [15]), ἀνάθεμα ἔστω, καὶ μήτε δεχέσθω ὀρθόδοξος, ἀλλὰ λεγέσθω προζυμίτης καὶ νέος ἀντίχριστος.

Οὔβερτος θεοῦ χάριτι τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, Πέτρος τῶν Ἀμαλφηνῶν ἀρχιεπίσκοπος, Φερεδέριχος διάκονος καὶ σακελλάριος [16]) πᾶσι τοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τέκνοις. Ἡ ἁγία Ῥωμαϊκὴ πρώτη καὶ ἀποστολικὴ καθέδρα, πρὸς ἣν ἅτε δὴ πρὸς κεφαλὴν ἡ φροντὶς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἰδικῶς ἐφαρμόζει, τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ χρείας χάριν πρὸς ταύτην τὴν βασιλικὴν πόλιν ἡμᾶς ἀποκρισιαρίους αὐτῆς ποιῆσαι κατηξίωσεν, ἵνα καθὼς γέγραπται κατέλθωμεν καὶ ἴδωμεν, εἰ ἄρα ἔργῳ πεπλήρωται ἡ βοή, ἡ ἀδιαστίκτως [17]) ἐκ τηλικαύτης πόλεως ἀνέβαινε πρὸς τὰ ὦτα αὐτῆς· εἰ δὲ καὶ μὴ ἦν οὕτως, γνῷ. Ὅθεν γινωσκέτωσαν πρὸ μὲν πάντων οἱ δεδοξασμένοι αὐτοκράτορες, ὁ κλῆρος, ἡ σύγκλητος καὶ ὁ λαὸς ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ πᾶσα ἡ καθολικὴ

[10]) Acta Pseudosynod. Constantinop. apud Coletum T. XI p. 1457.

[11]) Fort. Pyrrhum.

[12]) Colet. l. l. *ἡ μετριότης ἡμῶν* (i. Michael) — *τῶν τὴν Ἰταλίδα γλῶσσαν εἰς τὴν ἑλλάδα μεταβάλλειν εἰδότων προκαλεσαμένη τινὰς — μεταφράσαι τὸ ἔγγραφον ἐπετρέψατο καὶ τοῦ ἐγγράφου — εἶχεν ἡ ὑφὴ αὐτοῖς ῥήμασιν οὑτωσί.*

[13]) Ugutio: *i. perditio in adventu domini; maranatha enim adventus dicitur,*

[14]) Haec secundum narrationem, quae Humberti esse fertur, non scripta, sed coram Imperatore et optimatibus viva voce dicta fuerunt; Colet. l. l. p. 1362.

[15]) Ita pro *ἀντιλέγοι.*

[16]) Lege *καγκελλάριος.*

[17]) Vox lexicis deest.

catholicae, nos hic persensisse magnum, unde vehementer in domino gaudeamus, bonum et maximum, unde miserabiliter contristemur, malum.

ἐκκλησία ἡμᾶς ἐνταῦθα διεγνωκέναι, ὅθεν πλεῖστα χαιρόμεθα, ἀγαθὸν καὶ μέγιστον, ὅθεν ἐλεεινῶς λυπούμεθα, κακόν.

Quamquam Humbertus, qui historiam ejus rei scripsisse fertur, Michaelem anathema hoc transferendo [18]) omnino corrupisse atque ejus rei ab Imperatore convictum fuisse dicit, tamen id factum esse non verisimile est, quum archetypum libelli in sacro Chartophylacis secreto sive tabulario ecclesiae repositum fuerit [19]), et interpretatio ipsa insimulationem refutet, in qua nihil depravationis invenitur, nisi quod singula vocabula vel omissa vel addita sunt, et initium aliter constitutum est, cujusmodi mutationes ab interpretibus admitti solent.

Ceterum *Michael Cerularius* ipse se suam ad Leonem IX epistolam latine scriptam una cum Leonis responso [20]) in graecum transtulisse dicit [21]). Mutuae quoque epistolae graece vel scriptae vel conversae Leonis IX papae et *Petri* patriarchae Antiochensis, a Baronio in annalibus MLIII laudatae, supersunt [22]).

Commercia, inter Latinos et Graecos restituta, neque postea prorsus cesserunt; Gregorius VII papa pacis restaurandae causa, quum legati Constantinopolitani, sed dubiae fidei, Romam venissent, epistolam latine scriptam ad Michaelem VII Parapinacium Imperatorem anno MLXXIII misit [23]). Idem Imperator, regno ejectus, postea auxilium Gregorii papae imploravit [24]). Urbanus II autem papa praesidium commeatumque ab Alexio I in epistola latina [25]), anno ut videtur MLXXXXV scripta, petiit; Graeci quoque concilio, quod Bari sive Baroli anno MXCVII habitum est, interfuerunt ibique cum Latinis de processione Spiritus sancti disputarunt [26]).

In re judiciali vero tunc vel nulla vel pauca tantum latinitatis apud Graecos servatae apparent vestigia. Is quidem, qui libellum *περὶ ῥοπῶν* sive de intervallis retractasse dicitur, *Eustathius* [27]) antecessor, patricius, qui Constantinopoli anno MXXV floruit, partes juris Justinianei nonnisi graece conversas ante oculos habuisse videtur, Codicem *σύντομον* Anatolii [28]) et Theodori Hermopolitani [29]) et late conversum Thalelaei [30]). Quae praeterea in libro ipso leguntur formulae sollennes latinae et expli-

[18]) Apud Coletum l. l. p. 1361.

[19]) Acta apud Colet. p. 1464 et Sigebert. Gembl. l. l.

[20]) Apud Coletum l. l. p. 1347 sqq.

[21]) Epist. apud Baronium l. l. p. 216.

[22]) Cf. Bandinii Catal. Codd. Medic. T. II p. 414.

[23]) Apud Coletum l. l. T. XII p. 248 sq.

[24]) Epist. Gregor. apud. Colet. l. l. p. 486.

[25]) Apud Colet. l. l. p. 731.

[26]) Colet l. l. T. XII p. 945 sq., Guilielmo Malmesburensi teste usus.

[27]) Idem *Romanus* dicitur vel *ὁ μάγιστρος*; cf. de eo Fabric. B. Gr. Tom. IX p. 152. Harl., Bach. Hist. jurispr. Rom. IV, 2 Sect. III §. 10 et Zachariae in Richteri Krit. Jahrb. XXII p. 612.

[28]) De annis L §. 1 p. 245 ed. Leunclav.; cf. Dissert. II p. 46.

[29]) De dieb. X §. 4 p. 212 et de annis XL §. 4 et 6 p. 244; cf. Dissert. II p. 53.

[30]) De annis XL §. 4 p. 244 ed. Leuncl. *ἐν τῷ πλάτει τοῦ Θαλελαίου* et de annis L l. l.; cf. Dissert. III p. 2.

cantur, v. c. *ἡ ῥεδιβιτορία*[31]), *ἡ κουάντι μινόρις*[32]) et aliae, a scriptore, qui paullo post Justinianum vixit[33]), profectae sunt, non ab eo, qui librum retractans numeros plerumque ex collatione Basilicorum addidit et nonnulla adnotavit. In his unum inveni latinitatis vestigium c. IV de duob. dieb. §. 6 p. 211 Leuncl.: *τρακτωρεῖαι δὲ ἐλέγοντο αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων περὶ*[34]) *ζώων δρομικῶν γενόμεναι, ἃς καὶ κωμβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ Ῥωμαίων, τουτέστι συνθήματα*, quae et ipsa ex glossis Basilicorum sumta sunt[34]).

Omnino fontes juris Justinianei tunc neglecti jacebant, quum Icti doctrinam legum ex Basilicis potius haurirent[35]). Solus *Michael Constantinus Psellus*[36]) minor, natus Constantinopoli anno MXX, vir omnibus paene literis eruditus, in Synopsi legum versibus scripta se jus Justiniani latine scriptum aliqua ex parte cognovisse ostendit[37]), verba latina ad jus pertinentia vel literis graecis proferens v. c. *Δίγεστα, βέρβις, λίτερις, κονσένσο* (consensu) vs. 13. 95. 105. 106 etc., vel interpretans (*ἐξελληνίζων*) v. c. vs. 21 *δὲ ἰουδίκης ἤτοι περὶ τῶν κρίσεων*, vs. 38 *terribiles libros φρικτὰ βιβλία*, vs. 111 sqq. *τὴν φοῦρτι, τὴν περὶ κλοπῆς, βὶ βονόρουμ ῥαπτόρουμ, ἣν τις βιαίαν ἁρπαγὴν πραγμάτων ἑρμηνεύει, τὴν ἰνουριάρουμ, ἥτις ὕβριν σημαίνει* etc.; sed pauca sunt, quae habet, neque exquisitam linguae latinae scientiam testantur.

Neque alii scriptores tunc latinae linguae multam operam navasse videntur. *Georgius Cedrenus*[38]) sane, compilator historiarum parum doctus, qui circa a. MLVII floruit, in Compendio suo p. 322 (T. I p. 563 ed. Bonn.) literas latinas nummorum victoriatorum interpretatur: *Ὅτι τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τοῦ νομίσματος ὑποκείμενα Ῥωμαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι ταῦτα, τὸ K κιβιτάτες, τὸ O ὄμνις, τὸ N νόστραι, τὸ O ὀβέδιαντ, τὸ B βενερατιόνι, τουτέστιν αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχείτωσαν προσκυνήσει.* Sed quum fere omnia aliis debeat scriptoribus, *adeo*[39]) *ut vix unam alteramve periodum — Cedreni propriam ac legitiman reperias*, haec quoque ex alio scriptore sumta esse, ut jam v. *ὅτι* indicat, mihi persuasum est. Habet quidem vocabula latina, plerumque ad antiquitatem spectantia, v. c. *βεστιαρῖται* p. 375 (T. I p. 658), *Κερκέσιον* p. 147 (T. I p. 258), *σπόρτα, φίσκος, κάμελα* p. 169 (T. I p. 297), quae interdum explicat, cf. locum modo laudatum et p. 169 (T. I p. 297), ubi *μαππάριον* explanat, sed alia, quae profert, vel confusa (*Ἄμφιδος* pro *Aufido* T. II p. 546), vel inaudita (*παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται καρμεντία ἡ μαντεία* T. I p. 294), vel male enodata (*ὅτι τὸν Μάρτεμ οἱ Ῥωμαῖοι μόρτεμ ἐκάλουν οἱονεὶ θάνατον* T. I p. 295 et *καλεῖται*[40]) *δὲ ἰνδικτιὼν*

31) De VI mensib. §. 2. 3 p. 221 sq., quae transierunt in Basilic. XIX, 10, 17 (6).

32) Cf. Dissert. III p. 17.

33) Eustath. *Προφάσει*, correxi ex Labbeo.

34) Cf. Labbei Vet. Gloss. p. 34 et Du Cange Glossar. Graecit. v. *Κομβῖνα* p. 689.

35) Biener Gesch. der Novell. p. 145 sqq.

36) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. X p. 42 sqq. Harl.

37) Biener l. l. p. 143.

38) Cf. de eo Dissert. I p. 29 et Fabric. B. Gr. T. VII p. 464 sq. Harl. et T. XII p. 82 sqq. Harl.

39) Leo Allat. apud Fabric. l. l. p. 33.

40) Similia vide apud Lydum de mensib. IV, 80.

τουτέστιν ἐναντιῶν ἢ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη T. I p. 573), vel denique ex aliis, ex Suida [41]) et Joanne Lydo [42]) aperte transscripta, Cedrenum literis latinis parum eruditum fuisse ostendunt.

Seculo quoque duodecimo ineunte Graeci literas latinas neglexisse videntur. Etenim ut silentio praeteream *Euthymium Zigabenum* sive *Zigadenum* [43]), qui Ambrosii duos locos, unum ut videtur ex Leontii [44]) libro contra Nestorianos, habet [45]) transscriptos, *Joannes* quoque *Zonaras* [46]), quem fere omnia in Chronico suo aliis debere constat [47]), Tertulliani locum (Apolog. 5), quem in Chronico affert (XI, 3), una cum multis aliis ex Eusebii Chronico (II, 2) hausit, ut verba ipsa, et ea quae Zonaras iis praemittit atque subjungit, et libri incerta designatio *ἐν συγγραφῇ τινὶ* pro ea, quam Eusebius praebet *ἐν τῇ ἀπολογίᾳ*, manifesto docent. M. Porcii Catonis vero orationem, quam Chron. IX, 17 habet, procul dubio ex historiis Cassii Dionis ut multa alia sumsit.

Idem habet in collectione canonum sacrorum, quos commentariis [48]) amplis explicavit, non modo canones ipsos, sed etiam acta conciliorum Africanorum [49]) et concilii Sardicensis [50]) in graecum conversa, quae primum latine scripta [51]) Dionysius Exiguus anno circiter DXXVII una cum Codice [52]) canonum ecclesiae universae in Occidente evulgaverat, et Graeci graece reddita ante annum DCXCII [53]), ut apparet [54]) ex canone secundo concilii Trullani, anno DCXCII habiti, Codici canonum ecclesiae orientalis inseruerant. Zonaras, Constantinopolitanus primusque a secretis [55]), et canonum et actorum graece conversorum codicibus, qui in chartophylacio patriarchae Constantinopolitani servabantur, nimirum usus est. Eorundem codicum exemplaria nobis supersunt, quorum ope Justellus in Voellii bibliotheca juris canonici veteris Tom. I p. 321—409 canones [56]) ecclesiae Africanae una cum actis edidit. Initium codicis canonum hoc est:

[41]) v. *Καῖσαρ*, quae repetit Cedrenus p. 165 (T. I p. 289).

[42]) De mensib. IV, 20, quae leguntur apud Cedrenum p. 168 (T. I p. 293).

[43]) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. T. VIII p. 328 sqq. Harl. et Dissert. I p. 29.

[44]) Cf. Bibl. Max. Patr. T. IX p. 683 et Tom. XIX p. 187 et Dissert. III p. 19.

[45]) Panopliam suam cum ex multis patrum scriptis composuit, tum Leontium ipsum laudat.

[46]) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. Tom. VII p. 465 sqq. et Tom. XI p. 222 sqq. et Dissert. I p. 29.

[47]) Ipse dicit Praef. 2. *ἐκ πολλῶν βίβλων ἐρανίσασθαι.*

[48]) Editi sunt Lutetiae Paris. 1618.

[49]) Carthaginiensis, anno CCLV habiti, una cum epistola Cypriani ad Jovianum vel potius Januarium (p. 272—285) et Carthaginiensis anno CCCCXIX habiti (p. 384—422), et aliorum conciliorum ecclesiae Africanae (p. 422—528).

[50]) Anno CCCXLVII habiti (p. 362—384).

[51]) Dionys. Exig. in Epist. Codici. canon. praefixa p. 101 ed. Justell. (Biblioth. juris canonici): *Statuta quoque Sardicensis concilii atque Africani, quae latine sunt edita*, et Euseb. Hist. eccles. VI, 43, 2.

[52]) Qui probatus et confirmatus est in concilio Carthaginiensi a. CCCCXIX; cf. Justell. l. l. p. 515.

[53]) Translata sunt in graecum anno DCLXXXVI; cf. supra Dissert. III p. 27.

[54]) Asseman. Bibl. jur. orient. T. I p. 118 sqq.

[55]) Leunclav. Jus Graeco-Rom. T. I. p. 351, coll. cum p. 457.

[56]) Canones et acta apud utrumque inter se con-

Post consulatum[57] *gloriosissimorum Imperatorum, Honorii XII et Theodosii VIII Augustorum, octavo Kal. Jun. Carthagine in secretario Basilicae Fausti, quum Aurelius Papa una cum Valentino primae sedis provinciae Numidiae, Faustino ecclesiae Potentinae, provinciae Italiae Piceni, legato ecclesiae Romanae, sed et legatis diversarum provinciarum Africanarum id est Numidiarum duarum, Byzacenae, Mauritaniae Sitifensis et Mauritaniae Caesariensis, sed et Tripolis, et Vincentio Culucitano, Fortunatiano Neapolitano et ceteris episcopis provinciae Proconsularis residentibus CCXVII nec non Philippo et Asello presbyteris aeque legatis Romanae ecclesiae consedissent, astantibus diaconis Aurelius episcopus dixit.*

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον τῶν Αὐγούστων, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰουνίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς ἐκκλησίας Φαύστου συνελθόντων, Αὐρηλίου τοῦ πάπα ἅμα Βαλεντίνῳ τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας, Φαυστίνῳ ἀπὸ Πικένου τῆς Ποτεντήνης ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χώρας τοποτηρητῇ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, ἀλλὰ καὶ διαφόροις τοποτηρηταῖς τῶν Ἀφρικανῶν ἐπαρχιῶν τουτέστι τῶν δύο Νουμιδιῶν τῆς Βυζακηνῆς, Μαυριτανίας Σιτιφένσης καὶ[58] *Μαυριτανίας τῆς Καισαριανῆς καὶ Τριπόλεως καὶ Βικεντίῳ Κολουσιτάνῳ, Φορτουνατιάνῳ Νεαπολίτῃ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκοποῖς τῆς Ἀνθυπατιανῆς χώρας διακόσιοι δεκαεπτά, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις τοποτηρηταῖς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, ταῦτα ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἤρεσεν προσεστώτων τῶν διακόνων Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε.*

Singula, ut vides, sibi respondent, hic illic alia addita, alia omissa sunt, in universum interpres, qui latina recte intellexit, verbum de verbo reddidit, quod Zonaras non poterat. Is enim et in commentariis canonum, et in chronico exiguam linguae latinae cognitionem sibi fuisse prodit. Quae enim affert vocabula de suo vel sunt sollennia et apud Graecos notissima, Chron. VII, 4. *Κέλερας, ταχεῖς*; ib. 12. *Ποπλικόλας, δημοκηδὴς ἢ δημικώτατος*; ib. 15. *Τριβούνους, χιλιάρχους, δημάρχους*; Comment. p. 189 *νοῦμμος, κόλλυβος*; p. 433 *λίβελλος, ἔκδοσις*, vel sunt barbarograeca, Comment. p. 59 *βενεφικίων, εὐεργεσίαν*; p. 187 *ἀκούμβω, ἀναπίπτω*; p. 383 *κανάλης, ἀγωγὸς ὕδατος*; p. 420 *ὀφφίκιον, διοίκησιν καὶ ἀξιοπιστίαν*[59], vel denique sunt falsa et perversa, quae explicat, Chron. VII, 11 *καπίτα — ἡ κεφαλὴ ὀνομάζεται*; ib. 15 *τοὺς δημάρχους —*

gruunt, nisi quod numerus canonum apud Zonaram (CXLVI) alius est, quam vulgaris (cf. Theod. Balsam. in Leunclav. Jure Graeco-Rom. T. I p. 454) apud Justellum (CXXXIII), quod Justellus titulos canonum ab initio praemissos habet, et quod Zonaras in fine nonnulla ex actis concilii Constantinopolitani et exemplum una cum supplemento canonis XII addidit.

57) Anno CCCCXIX p. Ch. n.

58) *Μαυριτ. τῆς* desunt apud Zonaram.

59) Alia vide p. 425. 430. 434. 484. 512. 524.

σακροσάγκτους ὠνόμασαν, οἷον τείχη ἅγια εἰς φρουρὰν τῶν σφᾶς ἐπικαλουμένων τυγχάνοντας· σακρὰ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ τείχη καὶ σάγκτα τὰ ἅγια; Comment. p. 486 *σήκρητα δὲ τὰ κριτήρια τοῖς Λατίνοις ὠνόμασται· σεκέρνω γὰρ παρ᾽ ἐκείνοις τὸ διακρίνω.* Neque quod praenomina et cognomina invertit, ut Chron. V, 7 *Ἀντώνιος Μάρκος*, VII, 6 *Ὀστίλλιος Τοῦλλος*, X, 9 *Μάγνος Πομπήϊος*, eum lingua latina admodum eruditum fuisse probat.

Seculo duodecimo medio, sub Emanuele illo Comneno Imperatore (MCXLIII-MCLXXX), commercium Graecorum et Romanorum per primam expeditionem sacram restitutum, aliquamdiu continuatum est, donec Graeci a. MCLXVIII [60]), in concilio Constantinopolitano, ad quod sacrorum antistites ex Italia frustra convenerant, se a latina ecclesia prorsus segregarunt. Quare non modo epistolarum imperialium interpres tunc commemoratur *Leo Fuscus* [61]), a quo missa Joannis Chrysostomi latine conversa exstat [62]), sed etiam epistolae latinae supersunt, illo tempore scriptae, Hadriani IV papae ad Basilium [63]) Achridenum, archiepiscopum Thessalonicensem, ut dissidia ecclesiae componeret (a. MCLIV), et Alexandri III papae ad Emanuelem [64]) Comnenum (a. MCLIX). Neque tamen adeo magnum linguae latinae studium apud Graecos tunc fuisse ostendunt *Eustathius* [65]) Thessalonicensis et *Joannes Tzetzes* [66]), viri tunc eruditissimi, qui vel parum vel nihil latinitatis in libris suis produnt, cf. Dissert. supra I p. 29; nullum [67]) certe librum latine scriptum legisse videntur. *Michael* quoque *Glycas*, chronographus [68]) ejusdem seculi, unum quem commemorat Tertullianum ex Eusebio habet [69]), et *Theorianus* [70]), legatus Manuelis Comneni Imperatoris, anno circiter MCLXX ad Armenios missus, quos in

[60]) Cf. Dissert. I p. 30.

[61]) Cf. de eo Fabric. Bibl. Gr. T. VII p. 722 Harl.

[62]) Cf. Fabr. Bibl. Gr. T. VIII p. 563 Harl.

[63]) Apud Leunclav. in Cod. Juris Graeco-Romani T. I p. 307 et in Concil. gener. ed. Colet. T. XIII p. 20 sq.; cf. et Bandinii Catal. Codd. Graec. in bibl. Laurent. T. I p. 9 sq. et Nessel. P. I p. 289, 10.

[64]) Apud Coletum l. l. p. 199 sq. et p. 215.

[65]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. I p. 390 sqq. Harl.

[66]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 228 Harl.

[67]) Eustathius laudat quidem Virgilium (ad Iliad. II, 607 p. 302), sed hausit sua, ut jam vv. *ὁ γράψας* scil. *τὰ ἐθνικά* indicant, (cf. Fabric. l. l. T. I p. 393 et p. 472) ex Stephano Byzantino; idem Suetonii libro *περὶ παιδιῶν*, cujus locum excerpsit ad Odyss. I, 106 p. 1397, vel graece scripto, vel graece converso usus est. Singula vero quae habet vocabula latina debet vel lexico latino (cf. Dissert. I p. 29 n. 317) vel aliis libris, ut *κύβιτον* (cubitum) ad Odyss. l. l. et ad VI, 115 p. 1554, quocum cf. Etym. Magn. v. *Κύβητος* p. 543, ubi lege *τὸ ὄγκωμα*. Neque quae de origine v. *Caeres* ad Odyss. II. 35 p. 1432 habet: *Καῖρε ἐκλήθη δι᾽ ἐκεῖνο τὸ χαῖρε, βαρβαρισθεῖσα κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν*, neque vocabula graeco-barbara *ἐξομπλωτὰ* et *πλουμιστὰ* (vestes figuris et clavis intextis ornatae) eum linguae latinae gnarum fuisse probant. Eadem valent de *Joanne Tzetza*, qui vanus sui ostentator aliarum linguarum, hebraicae et syrae, se peritum esse ait (cf. Chil. VI, 283), non latinae. Ceterum de loco Vitruvii (VIII, 3, 6), quem in Schol. ad Lycophr. 1050 laudasse male fertur, cf. Plin. H. N. XXXI, 8, 2.

[68]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. VII p. 468 sq. et T. XI p. 199 sqq. Harl.

[69]) Cf. supra Dissert. I p. 30 et adde Glycam II p. 341 et III p. 423 Bekk.

[70]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 281.

dialogo, quem cum Norsesi quodam habuit, affert locos Ambrosii [71]), eos non latine scriptos oculis suis lustravit, ut jam locus libri ad Apollinarium falso laudatus [72]) indicat, sed conversos ex actis synodi Chalcedonensis, quam in dialogo paullo post p. 53 commemorat et in librum suum transscripsit; quamobrem et verba Theoriani cum verbis synodi Chalcedonensis consentiunt.

In Sicilia sola et Calabria praeter linguam graecam tunc latina paullatim usu recipi coepta est [73]), ita ut Graeci ibi facile sermonem latinum addiscere possent.

Restat illius seculi unus, apud quem latine scripti interpretatio graeca invenitur, *Theodorus Balsamon* [74]). Is Constantinopoli circa annum MCLXXIX Nomophylax, juris ecclesiastici peritissimus, scholia ad Photii Nomocanonem scripsit, in quibus (ad Tit. VIII cap. 1) donatio illa Constantini Magni graece conversa legitur [75]). Sed quaestio est, utrum ipse an alius latina in graecum transtulerit. Balsamonem vel nullam vel perexiguam linguae latinae scientiam habuisse jam alii observarunt [76]); et sane quae in scholiis ejus ad Photii Nomocanonem inveniuntur latinitatis vestigia (I, 5 p. 824 *πρίβατον γὰρ λέγεται κατὰ Λατίνους τὸ ἰδικόν;* I, 34 p. 856 *καπίτους ἡ κεφαλὴ κατὰ Λατίνους λέγεται;* VII, 4 p. 926 *νατάλια δέ εἰσι τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια καὶ ἡ τούτων ἀναγόρευσις*, et XIII, 30 p. 1133 *τὸ διαζύγιον — ὠνόμασται παρὰ Λατίνοις ῥεπούδιον*), rara sunt neque omnino recta, et ipse se *τὰς παλαιὰς ἑρμηνείας* librorum Justinianeorum in scholiis usum esse testatur [77]). Quae vero in *συλλογῇ ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων* leguntur latina, vel subscriptiones, vel rubricae, in censum non veniunt, quum *συλλογὴ* illa, quod Bienerus [78]) docuit, non a Balsamone, sed ab alio, qui fortasse breviario Codicis Stephaniani [79]) usus est, sub Heraclio, certe ante aetatem Photii patriarchae composita sit. Neque quae Balsamon in responsis sive meditationibus suis habet, eum linguam latinam calluisse declarant; etenim praeter pauca vocabula graecolatina [80]) duo insunt loci, in quibus latina perverse explicantur, T. I p. 457 *παρὰ γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις σάκελλον* [81]) *παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν ἐστί·* et p. 472 *βαΐον κατὰ Ῥωμαίους οὔτε κλάδος ἐστὶν ἐκ δένδρου κοπτόμενος, οὔτε ῥόδον ἐκ ῥοδωνιᾶς συναγόμενον, οὔτε κρίνον ἐκ κρινωνιᾶς συλλεγόμενον, ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά· ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν ὡς τὰ*

[71]) Ex libro ad Apollinarium, ad Gratianum et ad Sabinum (Epist. VII, 47) p. 50.

[72]) Est potius locus libri de Fide II, 4; cf. supra Dissert. III p. 20.

[73]) Cf. Montfaucon Palaeogr. p. 381.

[74]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. X p. 373 sqq. Harl.

[75]) Bibl. jur. canon. ed. Voell. et Justell. T. II p. 929—32.

[76]) G. E. Heimbach. Anecd. T. I p. LIII, qui rem probat scholio Balsamonis ad canon. XXI Apostolarum, ubi legitur *κάνστρον γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ σίδηρος* ad explicandum v. *castratus*.

[77]) Gesch. der Novell. p. 184 sqq.

[78]) Praef. Schol. ad Phot. Nomocan. T. II p. 814. Voell.

[79]) Cf. Dissert. supra II p. 51.

[80]) *Πραιβαϊκάτορας* p. 472 Juris Graeco-Rom. ed. Leunclav. T. I.

[81]) Cf. Etymol. Gud. v. *σακελλάριος*; ex Anastasio Sinaita.

νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀῤῥένωσιν. Nihil ejusmodi in lingua latina invenitur.

Quamobrem mihi persuasum est donationem illam commenticiam, quae in concilio Nicaeno anno CCCXXV a Constantino Imperatore Silvestro papae facta esse falso perhibetur, latino quidem sermone primum compositam, neque tamen a Balsamone graece conversam esse, sed ex alius interpretatione in scholia ejus transiisse. Donationis latine [82]) compositae, quam primi, quantum sciam, Hincmar episcopus Remensis anno DCCCXLV et Aeneas [83]) Parisiensis anno DCCCLIV comemorant, duplex superest editio. Altera est brevior, cujus maxima pars apud Leonem IX papam in epistola prima (cap. XIII), ad Michaelem Constantinopolis patriarcham scripta [84]), legitur; eadem Gratiani decreto [85]) inserta est, ita tamen ut plura quam apud Leonem desint, nonnulla autem addita sint, inprimis subscriptio. Haec plerumque a scriptoribus nomine donationis Constantini circumfertur. Altera est longior et amplior, edita a Marq. Frehero [86]), omissis tamen iis, quae de sanatione et confessione et baptismate Constantini praemissa leguntur integra apud Surium in Tomo I Conciliorum p. 319 — 322, in Scriptis Clementis Romani p. 471—473 et p. 474—79 editionis Coloniensis et apud Coletum [87]); eadem quam [88]) Bartholomaeus Picernus de Monte arduo e graeco codice Palatino in latinum convertit. Recte enim jam Freherus [89]) aliique donationem utramque et breviorem et prolixiorem primo latine fuisse scriptam judicaverunt, sed quis auctor vel potius subjector [90]) donationis fuerit, viros doctos latet. Utraque in graecum translata est, de quo Laur. Valla [91]) dubitare non debebat, ita tamen, ut eadem conversio varias inprimis per sectatores ecclesiae graecae passa sit mutationes. Donatio integra, quae

82) Exemplum aureis literis manu Joannis, cui a digitis cognomen est, scriptum se in bibliotheca Vaticana vidisse testatur Joan. Bodinus de republ. 1, 9 p. 221.

83) Fabricio teste Bibl. Gr. T. VI p. 697. Harl.

84) Apud Colet. Concil. T. XI p. 1327—1329, ubi (p. 1327) Leo se *pauca haec ex privilegio Constantini ad medium proferre* dicit. Omisit autem caput, nonnulla in media parte et versus finem, ab ipso tamen indicata, et subscriptionem.

85) Distinct. 96 c. 14 p. 470 ed. Lugdun.

86) Ex Alberico de Rosate ad Tit. Cod. de officio praef. Urbis, ut videtur, in dissertatione, cui index est: *Constantini M. Imp. donatio* (typis Voegelini 1610, 4) p. 1—23.

87) Concil. T. I p. 1564—1573.

88) Apud Matth. Flacium de translat. imperii Romani (Basil. 1566) p. 233—249.

89) l. l. p. 31 sq.

90) Alii nominant Joannem Diaconum sub Joanne VII (a. DCCCLXXII), cf. Freher. l. l. Diss. de Othonis III donatione p. 22 et 26, alii Pseudo-Isidorum sive Isidorum Mercatorem, alii Benedictum Levitam, Diaconum Moguntinum (a. DCCCCXLV), qui nunc plerumque pro auctore habetur. Scriptor procul dubio sub Ludovico Pio post a. DCCCXXIX vixit et in componenda donatione actis sive vita Silvestri (quam postea Fr. Combefisius Paris. 1659 p. 258—288 graece edidit) atque epistola Hadriani I ad Constantinum et Irenen scripta (cf. supra Diss. III p. 33 et Augustin. Steuchi Opera T. III p. 268) pro fundamento usus est.

91) Declam. in Const. donat. apud Matth. Flacium l. l. p. 307.

etiam plura habet, quam quae in Gratiani decreto leguntur, exstat graece in codd. Palatinis, cujus initium Augustino Steucho auctore [92]) ita se habet:

Edictum [93]) domini Constantini Imperatoris [94]).

In nomine sanctae et individuae trinitatis, patris scilicet et filii et spiritus sancti, Imperator Caesar Flavius Constantinus in Christo Jesu, uno ex eadem trinitate sancta, salvatore domino deo nostro fidelis, mansuetus [96]), beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor ac triumphator, semper Augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patrum Silvestro, urbis Romanae [97]) episcopo et papae, atque omnibus ejus successoribus, qui in sede beati Petri usque in finem seculi sessuri sunt, pontificibus nec non et omnibus reverendissimis et deo amabilibus catholicis episcopis eidem sacrosanctae romanae ecclesiae per hanc nostram imperialem constitutionem subjectis in universo orbe terrarum, nunc et in posterum cunctis retro temporibus constitutis, gratia, pax, caritas, gaudium, longanimitas, misericordia a deo patre omnipotente, et Jesu Christo filio ejus, et spiritu sancto cum omnibus vobis.

Δόγμα βασιλικὸν γραφὲν, πραχθὲν καὶ δοθὲν τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Ῥώμης παρὰ τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ ἐν βασιλεῦσι πρώτου χριστιανοῦ.

Ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἁγίας καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος, τοῦ πατρὸς δηλαδὴ καὶ τοῦ υἱοῦ [95]) καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος βασιλεὺς Καῖσαρ Φλάβιος Κωνσταντῖνος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἑνὶ τῆς αὐτῆς ἁγίας τριάδος σωτῆρι δεσπότῃ καὶ Θεῷ ἡμῶν πιστός, πρᾶος, εὐεργέτης, ἀλαμανικός, γοτθικός, σαρματικός, γερμανικός, βριταννικός, οὐννικός, εὐσεβής, εὐτυχής, νικητής, θριαμβευτής, ἀεὶ αὔγουστος, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ πατρὶ πατέρων Σιλβέστρῳ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ τῆς μεγάλης πόλεως Ῥώμης καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις ἀρχιερεῦσι τοῖς ἐν τῇ καθέδρᾳ τοῦ μακαρίου Πέτρου μέχρι τῆς τοῦ αἰῶνος συντελείας καθεδουμένοις, ἔτι δὲ πᾶσι τοῖς αἰδεσιμωτάτοις καὶ θεοσεβέσι καθολικοῖς ἐπισκόποις τοῖς ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ διὰ ταύτης τῆς ἡμετέρας βασιλικῆς καταστάσεως ὑποκειμένοις, χάρις, εἰρήνη, ἀγάπη, εὐφροσύνη, μεγαλοψυχία, ἔλεος παρὰ τοῦ παντοδυνάμου θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.

Jam in his videmus non omnia latina esse graece conversa; omissa sunt, quae

[92]) Opera T. III p. 270 sq.

[93]) Ex Colet. T. I p. 1564 collat. cum concil. Surii T. I p. 319 et Clementis Rom. Oper. p. 471. Codices longobardicis literis scriptos se vidisse ait Aug. Steuchus l. l. p. 255, b.

[94]) Clem. *Confessio Constantini Imperatoris.*

[95]) *καὶ τοῦ υἱοῦ*, quae casu exciderunt, addidi.

[96]) Clem. add. *maximus.*

[97]) Clem. *Romae.*

auctoritati ecclesiae graecae aliquid derogantia [98]) interpreti procul dubio displicebant; interpres enim ecclesiae graecae, ut ex aliis quoque locis apparet, addictus erat. Quae vero interpres primus graece converterat, ea alii interpretationem ejus vel corrigentes vel transscribentes mutarunt. Sunt enim in bibliotheca Vaticana quatuor codices (Palatini) interpretationis graecae, quos August. Steuchus [99]) contulit, ex eodem fonte orti, sed inter se differentes, ita ut plerumque duo vetustiores a duobus recentioribus recedant, interdum tres eadem praebeant. In universum interpres verbum de verbo diligentius reddidit, quam id apud Balsamonem factum esse videmus [100]), sed interdum errores commisit, quum in latinis [101]) nonnulla vel aliter legisset, vel propter ambiguitatem male intellexisset; hic illic glossae serius, ut videtur, insertae sunt.

Ex eodem fonte sed neque integro, neque limpido Balsamon quoque particulas donationis, quas graece conversas habet, sine dubio hausit, quum verba ejus maximam partem cum interpretatione codd. Palatinorum [102]) consentiant [103]). Sunt vero eaedem donationis particulae, quas praeter unam Leo IX papa in epistola ad Michaelem supra laudata latine scriptas habet, ita ut jam ex eo conjici possit, epistolam illam Leonis, publice missam, ab interprete publico conversam et in chartophylacio patriarchae Constantinopolitani servatam fuisse, unde Balsamon eam facile nancisci et in usum suum adhibere posset. Balsamon enim, qui saepius [104]) hanc donationem laudat, id nunquam ita fecit, ut se interpretem ejus graecum indicet, neque facile pro studio suo, quod erga ecclesiam Romanam prodidit, [105]) ea, quae in donatione Graecis ingrata vel damnanda ab interprete graeco mutata sunt, ipse mutasset. Aperte enim apud Balsamonem complures donationis loci perfide mutilati atque dolose depravati [106]) sunt; quamobrem mihi

[98]) Sic deest locus in duobus pervetustis codd. de ecclesiis Petri et Pauli, Romae a Constantino conditis, atque de potestate Silvestri in Orientem, Graeciam, Asiam etc. per Constantinum tradita, dum alii Codd. recentiores locum quidem priorem habent, sed pro Oriente etc. *κτήματα καὶ ἀγροὺς* ponunt.

[99]) Opera T. III p. 262, b, qui tamen varietatem codd. diligenter annotare omisit, ita ut de singulis codd. pro certo judicari non possit.

[100]) Ubi Balsamon habet *καὶ οἷον τρόπον ἡ βασιλικὴ* etc., leguntur in Palat. (Steuch. p. 264, b) *καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία διαφόροις ὀφφικίοις κουβικουλαρίων καὶ ὀστιαρίων καὶ ἐξκουβιτόρων κοσμεῖται*, et paullo post *μανιπούλοις καὶ ὀθόναις λευκοτάτου χρώματος καλλωπίζεσθαι*; tum (Steuch. p. 265, a) *ὐδωνίοις τοῦτ' ἔστι λευκοτάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι*; postea contra (in tribus Codd.) *εἴ τινα τῶν τῆς περιφανοῦς ἡμῶν συγκλήτου βουληθείη καὶ εὐλαβέσι κληρικοῖς συναριθμῆσαι, μηδένα τῶν εἰς τοῦτο καλουμένων δι' ὑπερηφανίαν παραιτεῖσθαι τὴν τάξιν.*

[101]) Unus cod. habet *μανιπούλοις* pro *μαπούλοις* *(mappulis).*

[102]) Unus cod. praebet *λῶρον* glossam v. *ἐπώμιον* *(superhumerale).*

[103]) Hinc August. Steuchus defendi potest ab injuria Joan. Bodini (de rep. I, 9 p. 221), ipsum graeco sermone, ut fucum faceret, donationem Constantini scripsisse arguentis.

[104]) Ad Phot. Nomoc. I, 36 p. 860, ubi *θέσπισμα* a se *κατασπρωθὲν* insertum dicit, et Meditatt. I p. 451; II p. 461 ed. Leuncl.

[105]) Cf. Schol. ad Phot. Nomocan. I, 5 p. 824; 36 p. 860 et Fabric. B. Gr. T. XII p. 207. Harl.

[106]) Cf. infra not. 109 et not. 118.

persuasum est Balsamonem interpretatione donationis graeca integra usum non fuisse. Sed quisquis interpres fuit, ut conversio ejus cum altera, de qua post videbimus, comparari possit, duos elegi locos hos:

Utile[107]) *judicavimus una cum omnibus nostris satrapis et universo senatu, optimatibus etiam et cuncto populo romanae gloriae imperio subjacente, ut sicut beatus*[110]) *Petrus in terris vicarius filii dei videtur esse constitutus, ita etiam et pontifices ipsius principis*[111]) *apostolorum vice principatus potestatem, amplius quam terrenae imperialis nostrae serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum vel ejus vicarios*[113]) *firmos apud deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ita ejus sacrosanctam romanam ecclesiam decrevimus veneranter honorare et, amplius quam nostrum imperium terrenumque thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltare, tribuentes ei potestatem et gloriae dignitatem atque vigorem et honorificentiam imperialem atque decernentes sancimus, ut principatum teneat tam super quatuor*[116]) *sedes, Alexandrinam*[117]), *Antio-*

Δέον[108]) *ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν σατραπῶν ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ*[109]) *τοῦ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς ῥωμαϊκῆς δόξης, ἵνα ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, οὕτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ διάδοχοι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων ἀρχικὴν ἐξουσίαν εἰς τὴν γῆν ἔχωσι, πλέον παρ' ὃ ἔχει ἡ βασιλεία τῆς δόξης ἡμῶν, καὶ τοῦτο παρεχωρήθη ἀφ' ἡμῶν καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν· καὶ θέλομεν ἡμεῖς αὐτὸν τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων καὶ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ ἐκ προσώπου αὐτοῦ πρώτους*[112]) *πρὸς τὸν θεὸν πατέρας εἶναι καὶ δεφένσωρας*[114])· *καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν καὶ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν καὶ τὸν γήινον θρόνον τὴν ἁγίαν καθέδραν τοῦ ἁγίου Πέτρου δοξάζεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι διδόντες αὐτῇ δύναμιν καὶ δόξης*[115]) *ἀξίωμα καὶ διακρίνοντες θεσπίζομεν, ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν ἀρχικὴν*

107) Ex epist. I Leon. IX apud Colet. T. XI p. 1327 et ex Decret. Gratiani Distinct. 96 c. 14 p. 470 ed. Lugdun.

108) Balsam. in schol. ad Photii Nomocan. Tit. VIII Tom. II p. 929 sqq. ed. Justelli; eadem in Concil. collect. ed. Mansi T. II p. 606 sqq. et in Concil. general. Coleti T. I p. 1567 sqq.

109) Steuchus p. 261 b ex codd. Palat. *τῷ τῆς ῥωμ. βασιλείας μεγαλότητι* et ex alio cod. *τῷ δήμῳ τῷ τῇ δόξῃ ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὑπείκοντι.*

110) Al. *in terris sanctus Petrus.*

111) Al. *qui successores sunt ips. principis apost. principat.*

112) Interpres *primos* — *patres* legisse videtur.

113) Al. *et eius successores.*

114) Steuchus l. l. ex codd. addit *προκρίνοντες τὸν μακάριον Πέτρον καὶ τοὺς τὸν τόπον ἐκείνου ἐπέχοντας* pro vv. *καὶ δεφένσωρας.*

115) Stenchus l. l. ex Codd. *δόξαν καὶ ἀξ.*

116) Al. addunt *praecipuas.*

117) Al. *Antioch., Alexand.*

chenam, Hierosolymitanam ac Constantinopolitanam, quamque etiam super omnes in universo orbe terrarum dei ecclesias. Et pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctae romanae ecclesiae extiterit, celsior et princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, et ejus judicio quaeque ad cultum dei vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. — — —

Concedimus[119] *ipsis sanctis apostolis dominis*[120], *beatissimis Petro et Paulo, et per hos etiam beato Silvestro patri nostro, summo pontifici et universali*[121] *urbis Romae papae, et omnibus ejus successoribus pontificibus, qui usque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atque*[122] *de praesenti contradimus palatium imperii nostri Lateranense, quod*[123] *omnibus in toto orbe terrarum praefertur atque praecellit palatiis; deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium*[125] *nec non et superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam et chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, et omnia imperialia indumenta,*

καὶ εἶναι ταύτην κεφαλὴν τῶν τεσσάρων θρόνων, ἤτοι τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρείας, τῆς Ἀντιοχείας, τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ ἁπλῶς εἰς ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἁπάσης τῆς οἰκουμένης· καὶ[118] *ὁ ἐπίσκοπος ὁ μέλλων εἶναι εἰς τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ὀφείλει εἶναι ἔνδοξος καὶ ὑψηλότερος παρὰ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ κόσμου· καὶ εἴ τι ἐστι πρὸς θεραπείαν τοῦ θεοῦ καὶ πρὸς διόρθωσιν καὶ στερέωσιν τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, ἵνα κρίνηται παρ᾽ αὐτοῦ.* — — —

Παραδιδόαμεν οὖν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τοῖς μακαρίοις κυρίοις μου τῷ Πέτρῳ καὶ Παύλῳ, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ καὶ πατρὶ ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πόλεως Ῥώμης καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, οἵτινες ἕως τοῦ τέλους τοῦ κόσμου μέλλουσι προκαθῆσθαι εἰς τὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀπὸ τῆς σήμερον τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον, τὸ λατερανέσιον, τὸ ὑπερβαῖνον καὶ ὑπερνικῶν τὰ τοῦ ὅλου κόσμου παλάτια· ἐπέκεινα δὲ καὶ τὸ διάδημα ἤτοι τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἅμα[124] *καὶ τὸν λῶρον καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον· ἅμα δὲ*[126] *καὶ τὴν πορφυρᾶν χλα-*

118) Steuchus p. 273. ex cod., quo usus est Barthol. Picernus, *καὶ τὸν κατὰ καιροὺς αὐτῆς τῆς ἱερᾶς καὶ ἁγίας ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ὄντα ἀρχιερέα ὑψηλότερον εἶναι καὶ ἄρχοντα πάντων τῶν ἱερέων τῶν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, ἀλλὰ καὶ πάντα ὧν δεῖ φροντίζειν πρός τε τὴν θείαν λατρείαν καὶ τὴν στερεότητα τῆς τῶν Χριαχιανῶν πίστεως τῇ τούτου κρίσει οἰκονομεῖσθαι.*

119) *Concedimus* — *et per hos etiam* desunt apud Gratianum.

120) Al. add. *meis.*

121) Gratian. *universalis.*

122) *atque* deest apud Gratianum.

123) *quod* — *palatiis* desunt apud Gratianum.

124) Steuchus p. 263, b ex cod. *ὁμοίως δὲ καὶ τὸ φρύγιον τοῦτ᾽ ἔστι τὴν καλύπτραν ἢ τὴν μίτραν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπώμιον ἤγουν τὸ λῶρον* (al. cod. *καὶ τὸ λῶρον το ὠμοφόριον*), *ὅπερ εἴωθε τὸν βασίλειον περικυκλοῦν αὐχένα.*

125) Al. add. *id est mitram.*

126) Steuchus p. 264 ex cod. *ἔτι τε τὴν πορ. χλ. καὶ τὸ κόκκ. ἱμάτιον.*

sed et dignitatem imperialium praesidentium equitum, conferentes ei[127]*) etiam imperialia sceptra, simulque cuncta signa atque banda*[129]*), etiam et diversa ornamenta imperialia et omnem processionem imperialis culminis, et gloriam potestatis nostrae. Viros*[132]*) etiam reverendissimos clericos diversi ordinis, eidem sacrosanctae romanae ecclesiae servientes, illud culmen singularis*[133]*) potentiae et praecellentiae habere sancimus, cujus amplissimus noster senatus videtur gloria adornari id est patricios atque consules effici, nec non et ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari.*

μύδα καὶ χιτῶνα κόκκινον, καὶ πάντα[128]*) τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων· ὁμοίως καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα καὶ πάντα τὰ σίγνα καὶ τὰ βάντα*[130]*) καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας· ἄνδρας τε εὐσεβεστάτους κληρικοὺς πολλῶν τάξεων, τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντας, θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι*[134]*) οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ κούνσουλοι ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀξιώματα.*

Vides plura, quae ab interprete primo diligenter erant reddita, ita ut plerumque verbum verbo responderet, apud Balsamonem esse mutata sive de industria propter doctrinam ecclesiasticam Graecorum, sive quod latina aliter erant scripta [135]). Omnino interpres vestigia orationis latinae, qualis est in epistola Leonis IX, non apud Gratianum satis feliciter legit, sed ita ut pressius convertat, singula omittat, raro aliquid explicandi causa [136]) addat vel unum vocabulum latinum duobus graecis explanet, raro structuram et nexum verborum mutet. Pleruınque latina satis recte intellexit, quamquam in singulis errores commisit [137]); praeterea utitur vocabulis graecolatinis [138]), interdum

[127]) *ei* deest apud Gratianum.

[128]) Steuchus l. l. ex codd. *ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν βασιλικῶν προκαθημένων ἀξίαν καὶ τὴν τῶν ἱππέων.*

[129]) Alberic. de Rosate legit *baltheum*; al. addunt *vel banta.*

[130]) *Alii βάνδα significasse putant Imperatoris procedentis insignia, (vexilla) quae Itali hodieque banderas vocant.* Justelli. Suidas s. v. *τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ.*

[131]) Steuchus l. l. ex cod. *καὶ πᾶσαν τὴν ἐν ταῖς προόδοις τῆς βασιλικῆς κορυφῆς δόξαν καὶ δύναμιν.*

[132]) Gratian. *Viris — reverendissimis clericis in diversis ordinibus — servientibus.*

[133]) Gratian. *singularitate, potentia et praecellentia.*

[134]) Steuchus l. l. ex codd. *τοῦτ' ἔστι πατρικίους αὐτοὺς γίγνεσθαι καὶ ὑπάτους.*

[135]) Cf. supra not. 111. Ita legit p. 932 Just. *viris sanctae romanae ecclesiae* pro *juri* et convertit *τοῖς ἀνδράσι*; et paullo post legit *in Byzantia provincia in optimo loco* et convertit *ἐν τῇ βυζαντίᾳ χώρᾳ τόπῳ χρησίμῳ*, ubi codd. Palat. (apud Steuchum p. 262, b) habent *ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ βυζαντίου ἀρίστῳ τόπῳ.*

[136]) *κούνσουλοι ἤτοι οἱ ὕπατοι* p. 930; *στεφάνην ἢ παλαῖθραν* p. 931.

[137]) Sic *Phrygium λῶρον* dicitur p. 931, quod est capitis ornamentum, tiara.

[138]) *δεφένσωρας* p. 929 Just., *σίγνα καὶ βάνδα* p. 930. *στράτορος ὀφφίκιον* p. 931.

novis [139]); etenim sermo graecus, quo utitur, indicia linguae in pejus mutatae prae se fert.

Ceterum Nesselius [140]) hanc Constantini donationem in codd. duobus Vindobonensibus secundum editionem Constantini Harmenopuli legi nescio quo dicit jure, nisi forte quod in uno codice inter alios Harmenopuli libros invenitur.

Postquam Constantinopoli, a Latinis anno MCCIV expugnatae, Henricus, Flandriae comes, imperator praefuit et Graeciam in suam redegit potestatem, Innocentius III papa nihil sanctius habuit, quam ut graecam ecclesiam ad catholicam reduceret vel certe cum romana reconciliaret. Itaque ad concilium generale, quod Romae anno MCCXV habitum Lateranense quartum dicitur, invitati per epistolam papae latine scriptam, venerunt, praeter legatos Imperatoris graeci, patriarcha Constantinopolitanus, metropolitae, episcopi et sacerdotes Graecorum. Et quum in illo concilio inter alia de rebus [141]) actum esset, quas cognoscere non modo eorum, qui latinae linguae haud dubie gnari in synodo aderant, sed omnium Graecorum multum intererat, factum est, ut unus verisimiliter ex Graecis, qui concilii decreta domum referre vellent, ea latine scripta in graecum converteret. Interpretationem graecam exhibet codex Mazarinaeus [142]) ejusdem aetatis, qua concilium est habitum, sed mancus et mutilus, partim casu, partim ut videtur dedita opera alicujus, qui justo acrior in defendendis legibus ecclesiae graecae capita, Graecis odiosa, *de fide catholica, de superbia Graecorum contra Latinos* et *de dignitate patriarcharum* rescidit. Elegi caput undecimum.

Colet. Concil. Gener. Tom. XIII p. 947.

Ut [143]) *episcopi magistros habeant, qui clericos doceant.*

Quia nonnullis propter inopiam et legendi studium et opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutione provisum, ut per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos ejusdem ecclesiae aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium praeberetur, quo et do-

Colet. l. l. p. 948.

Ἵνα οἱ ἐπίσκοποι διδασκάλους ἔχωσι τοὺς διδάξοντας τοὺς κληρικούς.

Ἐπειδή τισιν δι' ἔνδειαν καὶ ἡ τοῦ ἀναγινώσκειν σπουδὴ καὶ εὐκαιρία τοῦ προκόπτειν ἀφαιρεῖται, ἐν τῇ τοῦ Λατεράνου συνόδῳ εὐσεβεῖ διατάξει προενοήθη, ἵνα παρ' ἑκάστης καθεδρικῆς ἐκκλησίας διδασκάλῳ τῷ τοὺς κληρικοὺς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς λοιποὺς φοιτητὰς πτωχοὺς δωρεὰν παιδεύσοντι ἁρμόζον ἰδιάριον [144])

[139]) *καπαλήθρα* p. 931 i. corona episcopalis s. tonsura; *ἄλογα* i. equi ib.; *γήιτος* ib., quorum hoc deest apud Ducangium.

[140]) Catal. MSS. P. I. (2) p. 16, 7 et P. V p. 63, 35; cf. et Lambec. P. V p. 237 cod. Nr. 284 et P. VI p. 39 cod. Nr. 11.

[141]) V. c. de ecclesiis Cypri insulae etc.

[142]) Colet. Concil. general T. XIII p. 927.

[143]) In aliis inscribitur: *De magistris scholasticis.*

[144]) Idem vocabulum c. 8. significat *beneficium ecclesiasticum.*

centis relevaretur necessitas, et via pateret discentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime observatur, nos praedictum roborantes statutum adjicimus, ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, a praelato cum capitulo seu majori ac saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum et aliarum gratis in grammaticae facultate ac aliis instruat juxta posse.

τι παρασχεθῇ, ὥπερ αν καὶ ἡ τοῦ διδάσκοντος ἀνακουφισθῇ ἀνάγκη καὶ ὁδὸς φανερωθῇ τοῖς μανθάνουσιν εἰς διδαχήν. Ὅτι δὲ ἐν πολλαῖς ἐκκλησίαις τοῦτο οὐδαμῶς φυλάιτεται, ἡμεῖς τὴν προῤῥηθεῖσαν ὀχυροῦντες διάταξιν προςτίθεμεν, ἵνα μὴ μόνον ἐν ἑκάστῃ καθεδρικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις, ὧν ἂν αὐταρκέσωσιν αἱ εὐπορίαι, κατασταθῇ διδάσκαλος εἰδήμων παρὰ τοῦ προεστῶτος μετὰ τοῦ καπητούλου ἢ [145]) τοῦ ὑγιεστέρου μέρους τοῦ καπητούλου ἐκλεγησόμενος, ὁ τοὺς κληρικοὺς τῶν αὐτῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἄλλων δωρεὰν ἐν γραμματικῇ περιουσίᾳ καὶ λοιπαῖς διδάξων κατὰ τὸ δυνατόν·

Interpres graecus hic illic alia in latinis aliter falsove legit, alia vel commutavit [146]), vel male intellexit, interdum male intellecta ipse correxit, raro singula vocabula omisit, omnino ad literam interpretatus saepius, ut jam alii monuerunt [147]), haud eleganter adeoque barbare in graecum transtulit. Interpretationem actorum concilii Lateranensis fortasse *Nicolaus* quidam *Hydruntinus* [148]) sive *Μαΐστωρ Ὑδρούσσης* seculo duodecimo ineunte fecit. Is certe utriusque linguae peritus tunc interpretis munere in disputationibus, religionis causa cum Latinis Constantinopoli, Athenis et Thessalonicae habitis, est functus et multa contra Latinos graece scripsit, quae ipse partim in latinum transtulisse fertur, et prooemium, quod in Laxeuterii cujusdam sive Rhabolii, Persae ut videtur, artem geomanticam latine [149]) scripserat, ex latino (*ἐκ ῥωμαϊκῆς διαλέκτου*) in graecum convertit. Initium prooemii hoc est: *Τοῖς* [150]) *μετιέναι τι τῶν οἱωνοῦν ἀγαθῶν βουλομένοις*, et finitur his: *ὡς ὁ Σελμὼν αὐτὸς ἄρχεται τοῦ ταύτης συντάγματος οὑτωσί πως.*

Inter scripta theologorum tunc judicialis quoque liber graece est conversus. Jussu enim Friderici secundi Imperatoris Petrus de Vineis cancellarius *Librum augustalem*, qui ejus est index [151]), sive constitutiones Rogeri, Guilielmi utriusque et Friderici ipsius, regum Siciliae collectas et in tres libros distributas anno MCCXXXI Melphiae [152]) edi-

[145]) Omisit interpres vv. *majori ac.*

[146]) Sic c. 21 in fine *torneamenta* i. ludos gladiatorios et *tormenta* permutavit.

[147]) Colet l. l. p. 928.

[148]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 287 sq. et p. 704.

[149]) Prius ab ipso chaldaice scriptum erat.

[150]) Ex Bandinii Catal. codd. Laurent. T. III p. 340 sq.

[151]) Savigny Gesch. d. röm. Rechts im Mittel. T. VII p. 63 (Ed. II).

[152]) Savigny l. l. T. V p. 197 (Ed. I).

derat. Sed quum nonnulla oppida in finibus terrae Neapolitanae et Siciliae lingua graeca etiamtum uterentur vulgari, idem Imperator constitutiones latine scriptas in graecum publice transferendas nescio per quem curavit [153]). Quae conversio, cui nomen est *βασιλικαὶ διατάξεις*, ex codice [154]) bibliothecae Parisiensis seculi XIII Nr. 1392 (apud Montfauc. 3370[2]), postquam Montfaucon singula evulgavit [155]), una cum verbis latinis integra edita est Neapoli [156]). Incipit his:

Prooemium.

Post mundi machinam, providentia divina formatam, et primordialem materiam, naturae melioris conditionis officio in rerum effigies distributam, qui facienda praeviderat, facta considerans et considerata commendans, a globo circuli lunaris inferius hominem, creaturarum dignissimam creaturam, ad imaginem propriam effigiemque formatum, quem paullo minus minuerat ab angelis, consilio perpenso disposuit praeponere ceteris creaturis, quem de limo terrae transsumptum vivificavit in spiritum, ac eidem, honoris et gloriae diademate coronato, uxorem et sociam partem sui corporis aggregavit, eosque tantae praerogativae munimine decoravit, ut ambos efficeret primitus immortales ipsosque verumtamen sub quadam lege praecepti constituit, quam quia servare tenaciter contempserunt, transgressionis eosdem poena damnatos ab ea, quam ipsis ante contulerat, immortalitate proscripsit.

Προθεωρία τῶν βασιλικῶν διατάξεων.

Μετὰ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν, θείᾳ προνοίᾳ συνισταμένην, καὶ τὴν ἀρχαιόλογον ὕλην φύσεως κρειττοτέρας [157]) αἱρέσεως ἔργῳ εἰς πραγμάτων εἶδος διαμερισθεῖσαν, ὁ τὰ γενησόμενα προορῶν καὶ τὰ γεγενημένα κατανοῶν καὶ τὰ κατανοηθέντα ἐπαινῶν τοῦ σφαιροειδοῦς σεληνιακοῦ κύκλου κάτωθεν τὸν ἄνθρωπον τῶν δημιουργημάτων εἰς ἀξιωτέραν εἰκόνα καὶ οἰκείαν ὁμοίωσιν μορφωθέντα, ὃν μικρόν τι παρ᾽ ἀγγέλους ἠλάττωσε, προδεδοκιμασμένῃ βουλῇ προώρισε προτιθέναι τῶν ἄλλων δημιουργημάτων, ὅντινα ἐκ χοὸς ληφθέντα ἐζώωσε τῷ πνεύματι, αὐτῷ δὲ τιμῆς καὶ δόξης διαδήματι στεφθέντι σύζυγόν τε καὶ σύντροφον μερίδα τοῦ ἰδίου σώματος συνήρμοσεν· αὐτοὺς δὲ τοσούτου προτερήματος ὀχυρώματι ἐκαλλώπισεν, ὥστε ἀμφοτέρους ἐποίησεν ἀθανάτους, αὐτοὺς δὲ ὅμως ὑπό τινα νόμον ἐντολῆς ἔστησεν, ἣν ἐπειδὴ φυλάξαι ἀκριβῶς ἐξουθένωσαν, τῷ τῆς παραβάσεως ἐπιτιμίῳ αὐτοὺς καταδικασθέντας ἀπὸ τῆς ἀθανασίας, ἣν αὐτοῖς πρότερον ἐδωρήσατο, ἐξώρισεν.

Latina, ut vides, ad verbum sunt graece reddita, quod in plerisque constitutionibus factum est; sed ubi graeca latinis non respondent, magnum apparet discrimen.

153) Raumer Gesch. d. Hohenstauf. T. III p. 478.
154) Eadem continet codex Barberinus, sed ab initio mutilus.
155) Initium et Lib. III tit. 62 in Palaeograph. p. 319 sq. et p. 417, unde Schoellius sua habet in Gesch. d. griech. Lit. T. III p. 470.
156) Anno MDCCLXXXVI F. XXIV et 459 pp. cum indice: *Constitutiones regum regni utriusque Siciliae* etc. Exemplum libri rarissimi bibliotheca Gottingensis liberalissime mihi commodavit.
157) Forma inusitata.

Legum ordo alius est in graecis atque in latinis; nam XIX tituli, qui in latinis initium libri tertii constituunt, in graecis librum secundum claudunt. Tum graeca in singulis partibus abhorrent a latinis, ita ut alii tituli aliter vel conjuncti (I, 40. 41. 70. 71), vel disjuncti sint (I, 14. 50. 61. 91. III, 4. 19. 49. 54), alii latinis constrictiores et breviores (I, 60. 61. 62. 66 aliisque locis); quin integri tituli in graecis desunt (XXXIV in libro primo, III in secundo, X in tertio). Porro constitutiones graecae plures habent rubricas quam latinae; sed hae nomina regum legislatorum in fronte gerunt; praeterea rubricae graecae a latinis multum recedunt, et in constitutionibus graecis non modo nomina regum interdum absunt[158]), sed etiam in rebus ipsis compluria inveniuntur diversa. Jam quum constitutionum latinarum neque archetypum neque exemplar descriptum supersit, editiones [159]) vero fidem criticam non habeant, quaeritur, quali convertendi ratione usus sit interpres graecus, et num sit fide dignus. Montfaucon [160]) et post eum editor constitutionum recens [161]) graeca pro recensione potius retractata, quam pro interpretatione habenda esse censent, sed minus recte. Constitutiones enim latinae, praesertim quum aliae episcopis summis clericisque [162]) displicerent vel non satisfacerent, aliae ad civitatem melius ordinandam [163]) non sufficerent, cursu temporis et usu quotidiano paullatim immutabantur, ita ut novae adderentur, antiquae vel interpretamentis additamentisve aliis augerentur vel iis, quae antiquata erant, omissis conciderentur. Tum ex initio, quod supra legitur, et ex multis titulis, qui ad verbum translati sunt, colligas necesse est, reliqua quoque accurate presseque reddita fuisse, sed latina aliter paullatim conformata ad nos pervenisse. Quam rem confirmant fragmenta latina libri augustalis, a Ludov. Bethmanno in codd. Nr. 274 et 405 montis Casinensis reperta, quorum verba et res et ordo legum cum graecis prorsus conveniunt [164]). Itaque quod jam editor constitutionum regni utriusque Siciliae Praef. p. VII de pretio hujus conversionis judicaverat, graeca verba, ubi recto stet titulo sententia, lucem quam maximam latino contextui praebere, id auctoritate gravissima Savigny [165]) confirmatum nobis quoque placere mirum videri non debet. Graeca enim fontem unum et genuinum legis augustalis restituendae exhibent.

Theologi tunc vel parvam vel nullam habebant latine scriptorum notitiam; nam

[158]) Ita nomen Rogerii in *B*, *νδ* (cf. III, 4) et Guilielmi in *Γ*, *λε* (cf. III, 57).

[159]) Melior esse fertur Lindenbrogiana ex codice nunc deperdito evulgata; Neapolitana (1786) sequitur editionem primam anni 1475.

[160]) l. l. p. 419. *Aestimo igitur graecas* (constitutiones) *post latinarum primam editionem factas, auctas interdum, ut fieri solet, nonnunquam imminutas et aliam in formam deductas fuisse.*

[161]) Praef. p. VII. *Patet — non κατὰ λέξιν, sed ad Graeculi cujuslibet libidinem, licet — ad Regis nutum, omnia fuisse transscripta.*

[162]) Cf. I, 83. III, 28. 29.

[163]) Eo spectant pleraeque constitutiones novae libri primi.

[164]) Savigny l. l. T. VII p. 63. (Ed. II).

[165]) l. l. Diese Bruchstücke — begründen für den griechischen Text in allen seinen einzelnen Theilen den Vorzug vor unserem lateinischen und unbedingt den Werth ursprünglicher Aechtheit.

quos *Nicetas Acominatus* [166]), Choniates sive Colossensis, qui anno circiter MCCIV floruit, in Thesauro fidei orthodoxae teste Bandinio [167]) laudat locos Ambrosii Mediolanensis ex libris contra Apollinarium et ad Gratianum, Augustini, Julii et Leonis I Pontificum ex epistolis, eos vel Leontio scholastico [168]) debet, vel potius ex Euthymio Zigabeno [169]), quem in multis secutus est, hausit.

Conjunctio inter ecclesiam romanam et graecam tunc restituta aliquamdiu mansit, ut epistolarum commercium [170]) anno MCCXXXII inter *Germanum* II patriarcham Constantinopolis, qui graece quidem scripsit, et inter Gregorium IX papam, qui latine respondit, nos docet. Idem Gregorius quatuor apocrisiarios i. legatos, Hugonem et Petrum, fratres Praedicatorum ordinis, Haimonem [171]) et Radulphum quendam, fratres ordinis Minorum, ad Germanum anno MCCXXXIII misit, qui de locis quibusdam doctrinae christianae cum eo agerent. Et quem patriarchae tradidisse videntur ὅρον [172]) i. *definitionem*, *quod spiritus sanctus a patre filioque procedat aequaliter*, ex latino, fortasse a patriarcha ipso, graece conversum ad nos pervenit.

Concil. general. Coleti [173]) Tom. XIII p. 1131.

Pater perfectus deus est in se ipso, filius perfectus deus a patre genitus, spiritus sanctus perfectus deus, a patre et filio procedens; procedit autem ex filio quidem immediate, at ex patre mediante filio. Quod enim spiritus sanctus a filio procedit, id filius habet a patre. Propterea quicunque non crediderit spiritum sanctum a filio procedere in via perditionis est.

Ὁ πατήρ ἐστι πλήρης Θεὸς ἐν ἑαυτῷ, ὁ υἱὸς πλήρης Θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς γεννητός, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πλήρης Θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον· καὶ τὸ πνεῦμα μὲν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται ἀμέσως, ἀπὸ τοῦ πατρὸς μεσιτεύοντος τοῦ υἱοῦ. Τὸ δὲ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, τοῦτο ἔχει ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρός· διὰ τοῦτο ὅστις πιστεύει, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, ἐν ὁδῷ ἀπωλείας ἐστίν.

Germanus [174]) locos certe patrum latinorum de processione spiritus sancti adversus Latinos collegit et graecis verbis expressit [175]); sed Gregorio papae ad confessionem fidei, quam dixi, graece respondit [176]).

[166]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. VII p. 737 sqq.
[167]) Catal. Med. Laur. T. I p. 432 sq.
[168]) Cf. supra Dissert. III p. 19.
[169]) Cf. supra p. 5.
[170]) Apud Colet. l. l. p. 1120 et 1127 sqq. et Fabric. B. Gr. T. XI p. 167 Harl. ibique not. oo).
[171]) In subscriptione legitur *Ammonius*.
[172]) Cf. Fabric. B. Gr. l. l. Idem legitur in cod. Veneto, cf. Zanettium T. I p. 85 et in cod. Vindobon., cf. Lambec. III p. 118 et Nessel. P. I p. 229. 24. Edidit F. C. Alter una cum Phrantzis Chronico p. 139—149 sub indice: *Ἔκθεσις τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν Λατίνων κ. τ. λ.*
[173]) Ex Cossartii Appendic. Tom. XI.
[174]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XI p. 162 sq.
[175]) Fabric. l. l. p. 163.
[176]) Lambec. P. III p. 118 nr. 26.

Idem *Germanus* II patriarcha postea, anno [177]) MCCLX, quum inter episcopos graecos et latinos Cypri insulae de imperio ecclesiastico lis esset exorta, Romam profectus coram Alexandro IV papa rem suam ipse latine defendisse videtur [178]). Quo facto Alexander eodem anno constitutionem quam dicunt Cypriam [179]) edidit, cujus exstat, nescio tamen ubi, interpretatio graeca. Secundum hanc constitutionem Germanus, quem dixi, coram latino episcopo obedientiam suam jure jurando haud dubie latinis verbis profiteri debebat [180]).

Postquam Michael Palaeologus Constantinopolin anno MCCLXI recuperavit, Clemens IV et Gregorius X papae, de concordia ecclesiae romanae et graecae servanda solliciti, commercium epistolarum latinarum cum Michaele [181]) Imperatore, cum Josepho [182]) patriarcha Constantinopolitano aliisque presbyteris [183]) graecis inierunt. Imperator autem, conjunctionem utriusque ecclesiae promovere studens, ad concilium Lugdunense, quod anno MCCLXXIV habitum est, quum ipse ei interesse nequiret, non modo Georgium Acropolitam [184]) aliosque legatos cum epistola graece scripta [185]) misit, sed etiam Pantaleonem patriarcham Constantinopolitanum aliosque episcopos sacerdotesque graecos concilio adesse [186]) passus est. Cujus rei gratiam ut Romani referrent, graecorum advenarum ita est habita ratio, ut in concilio initiando epistola apostolica et symbolum una cum evangelio non modo latine, sed etiam graece recitarentur et cantarentur [187]). Michael ipse autem, fidem professurus, formulam christianam, quam Gregorius papa, imperatorem ad concilium invitans, in epistola latina proposuerat [188]), in responso ad verbum (ἐπὶ λέξεως) graece reddidit, quae ita se habet.

Concil. gener. ed. Colet. T. XIV p. 507 sq.

Credimus sanctam trinitatem, patrem, et filium, et spiritum sanctum, unum deum omnipotentem totamque in trinitate deitatem coessentialem et consubstantialem [189]), *coaeternam et coomnipotentem*, *unius vo-*

Πιστεύομεν τὴν ἁγίαν τριάδα, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕνα θεὸν παντοδύναμον, ὅλην τε ἐν τριάδι τὴν θεότητα ὁμοφυᾶ καὶ συναΐδιον καὶ συμπαντοδύναμον, ἑνὸς θελήματος, ἐξουσίας καὶ μεγα-

[177]) Alii sane Germanum jam anno MCCLIV vel LV mortuum esse dicunt; cf. Fabric, l. l p. 162.

[178]) Colet. Concil. gener. T. XIV p. 277.

[179]) Apud Coletum l. l. p. 273—282.

[180]) Colet. l. l. p. 281.

[181]) Coleti Concil. gener. T. XIV p. 483. 486; commercium continuatum est cum filio ejus Andronico, cf. ib. p. 518.

[182]) Colet. l. l. p. 489.

[183]) Colet. l. l. p. 518.

[184]) Fabric. Bibl. Gr. T. VII p. 768. Harl.

[185]) Quae ut in concilio recitaretur, latine conversa est (cf. Colet. l. l. p. 504), quod et in sacramento Michaelis et in epistola Praelatorum graecorum accidisse videtur; cf. Colet. l. l. p. 513 sqq.

[186]) Colet. l. l. p. 479.

[187]) Colet. l. l. p. 503.

[188]) Colet. l. l. p. 487.

[189]) Deest in graecis.

luntatis, potestatis et majestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, quae sunt in coelo et in terra, visibilia, invisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in trinitate personam unum verum deum plenum et perfectum. Credimus ipsum filium dei, verbum dei, aeternaliter natum de patre, consubstantialem [191]), coomnipotentem et aequalem per omnia patri in divinitate.

λειότητος, δημιουργὸν πάντων τῶν δημιουργημάτων, ἀφ᾽ οἱ πάντα, ἐν ᾧ πάντα, δι᾽ οὗ πάντα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, τὰ σωματικὰ καὶ πνευματικά. Πιστεύομεν ἕκαστον ἐν τῇ τριάδι πρόςωπον ἕνα ἀληθινόν [190]), πλήρη καὶ τέλειον. Πιστεύομεν αὐτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, λόγον τοῦ θεοῦ, ἀϊδίως γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρός, ὁμοπαντοδύναμον καὶ ἴσον κατὰ πάντα τῷ πατρὶ ἐν τῇ θεότητι.

Singula singulis respondent; quae desunt interpres consulto omisisse videtur.

Quemadmodum Romae, ita paullo post anno MCCLXXVII Constantinopoli de concordia ecclesiae latinae et graecae promovenda in concilio actum est; num vero literae Joannis patriarchae Constantinopolitani, ea de re ad Joannem XIX papam scriptae, quae nobis supersunt [192]), latine fuerint exaratae, an quod verisimilius est ex graeco in latinum conversae, non liquet.

Plures quam antea seculo quarto decimo vixerunt interpres graeci. Commemoratu digni sunt hi:

Matthaeus Blastares sive *Blastarius* [193]) hieromonachus, Ictus graecus a. MCCCXXXV, qui refutandis Latinorum erroribus multam dedit operam et glossarium juris latino-graecum, cum scriptis ejus in codicibus [194]) aliquot certe conjunctum, composuisse fertur [195]). Glossarium incipit his verbis: *Λατινικαὶ λέξεις. Ἀδνούμιον* [196])· *κατ᾽ ὄνομα διέρχεσθαι. Ἀκούϊλιος* [197])· *ἀγωγὴ ἔχουσα κατὰ δίκην. βέβηλον· ἰδιωτικόν. βία· ὁδός. βικάριος* [198]) etc.

Apud eundem Blastarem in *Συντάγματι* [199]) *κατὰ στοιχεῖον* sive in synopsi juris, ex sacris conciliorum patrumque canonibus et ex Imperatorum legibus collecta atque digesta, cap. *περὶ τοῦ Βουλγαρίας* invenitur [200]) donatio Constantini Magni graece his verbis:

[190]) *θεὸν* excidisse videtur.

[191]) Deest in graecis.

[192]) Apud Coletum l. l. T. XIV p. 589 sqq.

[193]) Cf. de eo Oudin, Comment. de script. eccles. T. III p. 828 et Fabric. B. Gr. T. XI p. 588—90. Harl.

[194]) Lambec. Comment. P. VIII p. 997. 1002 et 1024. Ejusdem glossarii et Rob. Gerius meminit, cf. Append. ad Cave Hist. de script. eccles. T. II p. 34.

[195]) Fabric. l. l. p. 590.

[196]) i. e. recensio militum ex vv. *ad nomen* sc. respondere. Eadem leguntur in Labbei veter. glossis juris p. 3.

[197]) Lege *Ἀκουΐλια*; eadem apud Labbeum ut seqq.

[198]) Nessel P. V p. 53. 31 et p. 150, ubi tamen Blastaris nomen non legitur.

[199]) Quod circa a. MCCCXXXV composuit; cf. Fabric. l. l.

[200]) In Guil. Beveregii Synodico magno (quod T. II

Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ πάπα Ῥώμης.

Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς σατράπαις καὶ τῇ συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν βασιλείας τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων καὶ κυρίου μου Πέτρου πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ παρὰ πάντων πολλῷ πλέον ἢ τὸν βασιλέα τιμᾶσθαι καὶ σέβεσθαι, κεφαλήν τε εἶναι τῶν τεσσάρων πατριαρχικῶν θρόνων, κρίνεσθαί τε πρὸς αὐτοῦ καὶ ψηφίζεσθαι τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ συμβαίνοντα πίστει· δωρούμεθα γὰρ τῷ πατρί μου τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις τὸ ἡμέτερον παλάτιον, τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διάδημα ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων συγκείμενον, τὸ κυκλοῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον, τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, τὸν κόκκινον χιτῶνα καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, τὰ τῶν βασιλικῶν ἵππων ἀξιώματα, τὰ σκῆπτρα καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας κοσμήματα καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν[201]) *τῆς ἡμῶν ἐξουσίας· τοὺς δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἁγιωτάτης Ῥώμης κατειλεγμένους κοσμεῖσθαι*[202]) *κελεύομεν παραπλησίως*[203]) *τῇ συγκλήτῳ ἡμῶν ἐνδύμασιν, ἵπποις ἐποχουμένους*[204]), *ὀθόνας περικειμένους λευκάς· ὡς*[205]) *δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τούτων ὀθονίων εἶναι πεποιημένα λευκῶν, καὶ ὃς ἂν αἵροιτο κληρικός, ἐκ τῆς ἡμῶν συγκλήτου γενέσθαι, τοῦτον πρός τινος μηδαμῶς εἴργεσθαι.*

Vides hanc Constantini donationem non ex latino translatam, sed potius ex graeco Balsamonis[206]), quod supra p. 12 exhibitum est, esse excerptam, ut singula vocabula et enunciata inter se congruentia aperte docent. Male igitur pro nova conversione habetur.

Difficilius est inquirere, utrum haec donatio a Blastare, an a ***Constantino Harmenopulo*** in brevius sit coacta. Eadem[207]) enim appendicis loco in multis Harmenopuli codicibus legitur[208]), Hexabiblo ejus addita. Fuerunt itaque, qui eam Harmenopuli esse dicerent, Lambecius[209]), Fabricius[210]), alii. Et sane[211]) ***Harmenopulus*** (natus[212]) MCCCXX et mortuus MCCCLXXXIII), qui literis artibusque bene instructus et linguam latinam ab Aspasio monacho Calabro edoctus Constantinopoli anno MCCCXLV ictus

P. 2 p. 1—272 Blastaris totum Syntagma continet) l. l. p. 117, separatim in Marq. Freheri Donat. Constantini p. 25 sqq., in Fabric. Bibl. Gr. T. VI p. 699 sq. (Harl.), qui eam Harmenopulo tribuit, et in Harmenopuli Mauuali legum ed. G. E. Heimbach p. 820 Eadem donatio legitur in codd. Vindobonenss.; cf. Lambec. P. V p. 244; P. VI p. 35 et Nessel P. I p. 326 (ubi inscribitur *Ἐκ τοῦ νόμου. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος*) et (2) p. 27, 2.

201) Heimbach *ἀπάσης*.

202) Heimb. *σκοπεῖσθαι*.

203) Freher. *παραπλησίως τοῖς συγκλ.*

204) Heimb. male *ἐπεχομένους* et postea *περικειμένοις*, ut in cod. Matrit.

205) Heimb. *ὥστε καί*.

206) Eundem in capite, quod praecedit, Blastares laudat.

207) Fabric. B. Gr. T. VI p. 698 et T. XI p. 266. 589 utramque male distinguit, diversam esse ratus, ut Iriarte Codd. Matrit. I p. 349.

208) Codices enumerat G. E. Heimbach in Praef. editionis Harmenopuli p. VII—XII.

209) Commentar. VI P. I Nr. 10, 2.

210) l. l. l. l.

211) Editor Harmenopuli recentissimus, rem in medio relinquens, donationem hexabiblo ab Harmenopulo ipso additam esse negat. Praef. p. XXIV.

212) Cf. Emil. Herzog. *πραγματεῖαν περὶ Κωνστ. Ἁρμενοπούλου* p. 19 sqq.; male enim Cave Hist. de script. eccl. T. II p. 326 eum ad annum MCL refert.

inclaruit [213]), hanc Constantini donationem graece concepisse possit; sed quum donatio aperte ex graeco Balsamonis depromta et medio contextui addita sit; quum Blastares Balsamonem non modo saepius in Syntagmate suo laudet [214]), sed etiam in compluribus locis secutus sit [215]) et omnino ex aliis scriptoribus sua excerpserit; denique quum liber Blastaris anno circiter MCCCXXXV collectus sit [216]), quo tempore Harmenopulus quintum decimum annum agebat: mihi persuasum est donationis graecae, quam dixi, auctorem esse Matthaeum Blastarem, qui donationem latinam neque cognovisse, neque linguae latinae gnarus fuisse videtur, nullum certe scriptorem latinum laudat [217]).

*Prae ceteris, qui seculo quarto decimo floruerunt interpretes graeci, laudandus est *Maximus Planudes* [218]), monachus oriundus Nicomedia [219]) Bithyniae, sed quum diu Constantinopoli habitaret dictus Constantinopolitanus, philosophus, theologus, grammaticus et rhetor, anno ferme MCCCXXVII clarus. Eo certe anno jussu Andronici Palaeologi II Imperatoris cum Leone, orphanotrophii praefecto, ad Venetos de caede suorum placandos missus legationem suscepit [220]). Erat enim linguae latinae amantissimus, cujus studio, ad mortem fere usque continuato, ita tenebatur, ut libros latinos non modo legeret atque relegeret, sed etiam converteret. Sermo ejus graecus [221]) non ex omni quidem parte probandus, neque elegans et purus est, nihilominus satis aptus, perspicuus legibusque antiquis grammaticorum maximam partem conveniens. Homo sane neque ingenio, neque judicii acumine venustatisque sensu excellens, sed sedulus, diligens, studiosissimus literarum et pro temporibus illis doctissimus, multa ipse composuit [222]), multa ex latino in graecum presse et satis scite transtulit.

Quae graece reddidit si recte aestimare velis, singula, prout ab eo edita sunt, ratione temporis habita in censum vocare debes, quippe qui ab initio linguae latinae parum gnarus et in arte convertendi parum exercitatus paullatim majores fecerit pro-

213) Cf. de eo Oudin. l. l. T. III. p. 924—27, Fabric. B. Gr. T. XI p. 260—68 Harl., Theophil. ed. Reitz T. II p. 998 et Schoell. l. l. T. III p. 469.

214) p. 36. 57. 76. 77 teste Fabricio.

215) Fabric. l. l. T. XII p. 222.

216) Fabric. l. l T. XII p. 205 et 221.

217) Fabric. l. l. T. XII p. 222. Neque Harmenopulus nisi graecis fontibus in Hexabiblo sive Promptuario suo usus est, quod docet Heimbach l. l. Praef. p. XVII sqq., unde corrigendi sunt Fabric. l. l. T. XI p. 260 et Bach Hist. jurisprud. Rom. p. 686. Adde Herzogium l. l. p. 29. Ceterum Harmenopulus in Hexabiblo nonnulla habet vocabula latina vel graecolatina, sed pauca.

218) Cf. de eo Oudin. l. l. T. III p. 760—69, H. Wharton ad Cave l. l. Append. p. 38, Fabric. B. Gr. T. IV p. 429 sqq. et T. XI p. 682—98 Harl., Harles Introd. in Hist. ling. graec. T. II P. 1 p. 530 sqq., Schoell l. l. T. III p. 221 sqq. et Carmina Boethii, quae edidi Darmstadii 1833 p. I sqq., typis repetita in Caesaris de bello Gall. interpret. graeca ed. A. Baumstark p. XII sqq.

219) Boissonade ad Ovid. Met. p. XII.

220) Pachymer. Hist. III, 21 p. 248. Bekk.

221) Aliter sentit Huet. de clar. interpr. p. 217. *A Latinorum sententia saepe declinat et quae assequitur neque satis presse, neque satis pura dictione effert.*

222) Enumeravit ea Fabric. B. Gr. T. XI p. 688 sqq.

gressus. Convertit vero et poetas et scriptores. Quod ad illos attinet primum tirocinium in distichis Dionysii Catonis, quem dicunt, posuisse videtur. Codices conversionis graecae laudat Th. Chr. Harlesius [223]), quibus adde Meibomianum [224]), Taurinensem [225]), Monacenses septem [226]) et Matritensem [227]). Initium libri I hoc est:

Si deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.
Εἰ ὁ [228]) *θεὸς νόος ἔσθ', ὡς τῶν λογίων πυθόμεσθα,*
Καὶ καθαρῷ νοΐ τόνδε σέβου περιώσια [229]) *πάντων.*

Plus vigila semper, nec somno deditus esto,
Nam diuturna quie svitiis alimenta ministrat.
Ἀγρύπνει τὸ πλέον, μηδ' ὕπνοις ἔκδοτος ἔσσο [230])·
Μακρὸν γάρ τ' [231]) *ἀνάπαυμα τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ.*

Virtutem primam esse puta compescere linguam;
Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere.
Πρωτίστην ἀρετῶν οἶμαι [232]) *τὸ γλῶσσαν ἐπίσχειν·*
Ἐγγύθι δ' ὄντα θεοῦ τὸν σὺν λόγῳ εἰδότα σιγᾶν.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse;
Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.
Μὴ ἀντιμάχου σαυτῷ, μὴ σαυτῷ ἐναντίος εἴης·
Ὃς γὰρ ἑαυτῷ μὴ συμφωνεῖ, πῶς ἑτέροισιν;

Jos. Scaligero [233]) metaphrasis adeo et a puritate hellenismi aliena est visa et tot barbarismis lita, ut nisi ei aliunde constaret, Planudem ejus auctorem esse, vix a tirone, nedum ab homine graeco profectam esse crederet; Planudem enim tam negligenter usum esse verbis non mere graecis, neque graecae poesi accommodis, ut non minori patientia illis legendis opus sit, quam judicio castigandis, adeoque raro ei imprudenti bene dicta excidisse, ut vix sex septemve versiculos in ea metaphrasi reperias, qui meliores effici non possint. Itaque Jos. Scaliger Planudem in notis perstringens atque sugillans meliorem Catonis interpretationem graecam ipse addidit. Attamen vir sagacissimus acerbius quam verius hac in re judicasse videtur. Planudes sane tunc

[223]) In Fabric. Bibl. gr. T. XI p. 683 sq. De quatuor Caesareis cf. Nessel. P. I p. 259, 10; p. 369, 34 et P. IV p. 101, 27 et p. 109, 3.

[224]) Dion. Catonis Distich. ed. O. Arntzen 1754 Praef. p. XIII.

[225]) Cf. Pasinum T. I p. 269.

[226]) Cf. Aretin. Beiträge z. Gesch. u. Lit. T. V p. 151; T. VIII p. 653; T. IX p. 714 sq. 814 & 828.

[227]) O, 87, teste Federo meo.

[228]) Graeca dedi ex editione Arntzeniana. Jos. Scaliger articulum otiosum esse monet.

[229]) Male esse intellectum a Planude recte dicit Scaliger.

[230]) Cf. Odyss. III, 200.

[231]) Contra usum.

[232]) Planud. legit *puto.*

[233]) Apud Arntzenium Praef. p. XXXIII.

non admodum latine erat eruditus, compluria male intellexit [234]), vel obscure reddidit, in usu et concinnitate verborum hic illic erravit et passim leges linguae graecae migravit [235]); sed alia ab eo peccata aetatis, qua vixit, ingenio debet, alia codice depravato usus corrupit, alia consulto mutavit [236]), in universum non admodum laudedignus, neque tamen prorsus contemnendus.

Aliam viam ingressus est Planudes Ovidii Heroides et Metamorphoses prosa oratione in graecum convertens, fortasse quia poematis illis amplioribus ligata oratione graece reddendis se imparem esse sentiebat. Heroidum, quas edere Lennepio erat in animo [237]), et Metamorphoseon codices laudat Harlesius [238]), quibus adde, quos ego nominavi in editione carminum Boethii [239]). Metamorphoses, quas Joh. Fred. Boissonade [240]) in lucem emisit, ita incipiunt:

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Di, coeptis (nam vos mutastis et illas)
Adspirate meis primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare et tellus et, quod tegit omnia, coelum
Unus erat toto naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles,
Nec quidquam, nisi pondus iners congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,
Nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,
Nec circumfuso pendebat in aere tellus,

Τὰς εἰς καινὰ σώματα μεταμειφθείσας ὁ νοῦς με λέγειν διανίστησιν. Ὦ θεοί, καὶ γὰρ οἱ θεοὶ μετεβάλετε [241]) *ταύτας, τῷ ἐμῷ ἐπιπνεύσατε ἔργῳ, κἀκ πρώτης τοῦ κόσμου γενέσεως εἰς τὸν ἡμέτερον χρόνον συνεχῆ κατάγοιτε τὴν ᾠδήν. Πρὶν θάλασσαν εἶναι καὶ γῆν καὶ οὐρανόν, ὃς πάντα καλύπτει, ἓν εἶδος ἐν πάσῃ τῇ τῆς φύσεως ἦν περιοχῇ, ὃ Χάος ὠνόμασαν, ἀνάρμοστος καὶ ἀνεξέργαστος ὄγκος, οὐδὲν ὅτι μὴ ἄχθος ἐτώσιον, καὶ ἥκιστα καλῶς ἐν ταὐτῷ συμπεφυρμένα καὶ διαφωνοῦντα τὰ τῶν ὄντων σπέρματα ἦν. Οὔπω τις τῷ κόσμῳ φῶς ἐχαρίζετο Τιτάν, οὐδ' ἐν περικεχυμένῳ τῷ ἀέρι ἡ γῆ ἀπῃώρητο τῷ βάρει τῷ ἑαυτῆς ταλαντευομένη, οὐδ'* [242]) *ἀνεζωπύρει νέα κέρα ἡ Φοίβη*

[234]) Sic *vino te tempera* convertit οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε et *iracundiam tempera* τὴν ὀργιλότητα κίρνα. Ita et Erasmus Roterod. censet apud Arntzen. Praef. p. XXXI.

[235]) Isaac. Casaubon. apud Arntzen. Praef. p. XXXVI.

[236]) Sic nomina poetarum latinorum ab initio libri II in nomina graecorum.

[237]) Cf. Joh. Chr. Jahn Introd. ad Ovid. Heroid. p. 7.

[238]) Ad Fabric. B. Gr. T. XI p 683.

[239]) Praef. p. IV.

[240]) Paris. 1822, 8 in collectione Lemariana. Particulas inde excerptas vide in Seebodii Archiv. 1824 p. 664—673.

[241]) Sic Boissonade; codd. *μεταβάλετε*, *μετεβάλλετε*.

[242]) Nota commutatum versuum ordinem.

Ponderibus librata suis, nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite;
Quaque fuit tellus, illic et pontus et aer.
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
Lucis egens aer; nulli sua forma manebat,
Obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

αὐξανομένη, οὐδὲ βραχίονας τῷ μακρῷ τῆς γῆς χώματι ἡ Ἀμφιτρίτη ἐξέτεινεν· ὡς ἔνθα γῆ ἦν, ἐκεῖ καὶ πόντος ἦν ὁμοῦ καὶ ἀήρ. Οὕτως ἦν ἄστατος μὲν ἡ γῆ, ἄπλωτον δὲ τὸ ὕδωρ, φωτὸς ἄμοιρος ὁ ἀήρ· καὶ οὐδενὶ προςῆν ἡ ἰδία μορφὴ ἄλλα τε ἄλλοις προςίστατο· καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι τὰ μὲν ψυχρὰ τοῖς θερμοῖς ἐπολέμει, τὰ δ' ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς, τὰ μαλθακὰ τοῖς σκληροῖς καὶ τὰ βάρους ἐκτὸς τοῖς τοῦτ' ἔχουσι.

Interpretatio, arduum opus aggressa, satis stricta et pressa, sed magis vituperanda quam probanda est; ut enim nihil dicam de commutato dicendi genere, Planudes non semper Ovidii verba recte intellexit, usus fortasse codice pravo, sed etiam linguae latinae, ut videtur, tunc non admodum gnarus; compluria vocabula temere confudit [243]), ita ut a sententia poetae interdum ridicule aberraret; neque sermo, quo usus est, omnino purus, elegans aptusque, quamquam planus atque perspicuus et hic illic, sed raro, ad meliora assurgens. Ad rem criticam exercendam parum nihilve facit.

Idem orationis pedestris scriptores in graecum transtulit, de quibus nunc disseram. Ut enim *Aristotelis* libros de plantis, quos ex latina interpretatione graecitati reddidisse fertur, nunc silentio praeteream, ea de re infra dicturus, *Ciceronis Somnium Scipionis* ab eo graece conversum esse nunc non amplius dubitatur. Fuerunt sane, qui Theodorum Gazam Somnii Ciceroniani esse interpretem dicerent [244]), in errorem inducti editione Aldina, quae Catonis interpretationem graecam, a Theodoro Gaza factam, cum Somnii conversione, diversorum interpretum nomina non distinguens, in unum conjunxit. Sed quum complures codices [245]) Somnii graeci seculo XIV, quo Planudes vixit, scripti esse dicantur; quum eadem verba graeca legantur in conversione et Somnii et commentariorum Macrobii, quos a Planude graece redditos esse inter omnes constat; quum interpretandi genus in Somnio graeco cum Planudeo alias cognito in universum conveniat, nisi quod magis politum sit, utpote in re magis exercitata; quum denique plurimorum

243) Ita confudit *canorus* et *canus*, *ripae* et *rupes*, *redditus* et *reditus* (reversus) etc.

244) Fabric. B. Gr. T. X p. 393 Harl. et alii, cf. Ph. C. Hess. Praef. p. XI in M. T. Ciceronis Catone Halis 1833, 8.

245) Parisin. Nr. 963, cf. Boeth. Carm. a me edita Praef. p. II, et Monacens. 439 et 495, cf. Hess. l. l. Praef. p. XXXIII et XXXV.

codicum Somnii graeci inscriptiones nomen Planudis prae se ferant [247]): hujus interpretationis auctor Planudes nunc ab Hessio [248]) aliisque recte constituitur, Gaza vero, qui describendis codicibus graecis vitam sustentasse fertur [249]), interpretationem eandem transscripsisse videtur. Codices Somnii graeci enumerant et describunt Fabricius et Harlesius [250]), Montfaucon [251]), Aretinus [252]), G. H. Moserus [253]), Ph C. Hessius [254]), quibus adde quos ego nominavi in editione carminum Boethii [255]). Editiones, praeter Lugdunensem 1544, curaverunt Moserus [256]) et Hessius [257]) et F. Brüggemann [258]). Initium Somnii hoc est:

Quum in Africam venissem M'. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam convenirem regem, familiae nostrae justis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit aliquantoque post suspexit in coelum et Grates, inquit, tibi ago summe Sol vobisque reliqui Coelites, quod antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem, cujus ego nomine ipso recreor; itaque nunquam ex animo meo discessit illius optimi atque invictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica percunctatus est, multisque verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies.

Ἡνίκα ἐπὶ [259]) τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην, Ἀντιίου Μανλίου ὑπατεύοντος, ἐπὶ τὸ τέταρτον τάγμα δήμαρχος [260]), ὡς ἴστε, τῆς στρατιᾶς, οὐδέν μοι γέγονε προὔργου μᾶλλον ἢ Μασινίσσᾳ τῷ βασιλεῖ συνελθεῖν τῆς ἡμετέρας οἰκίας ἐξ αἰτιῶν δικαίων φίλῳ μάλιστα πάντων τυγχάνοντι. Πρὸς ὃν ἐλθόντα με περιβαλὼν ὁ γέρων αὐτὸς οὗτος ἐδάκρυσε καὶ μεθ' ὅσον ἀναβλέψας εἰς οὐρανόν, χάριτάς σοι, φησίν, ὕψιστε Ἥλιε, ἔχω [261]) καὶ ὑμῖν τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ὅτι, πρὶν ἢ τοῦδε τοῦ βίου μεταναστῆναι, ὁρῶ ἐπὶ τῆς ἐμαυτοῦ βασιλείας καὶ τῶν οἰκημάτων τούτων Παῦλον [262]) Κορνήλιον τὸν Σκηπίωνα [263]), οὗπερ αὐτὸς ἐγὼ τῷ ὀνόματι ἀναζωπυροῦμαι· οὕτως οὐκ ἔστιν ὅτε μου τῆς διανοίας ἀποκεχώρηκεν ἡ τοῦ ἀρίστου ἐκείνου [264]) καὶ πρασιάτου [265]) ἀνδρὸς μνήμη. Ἐντεῦθεν ἐγὼ μὲν ἐκεῖνον περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐμὲ δ'

247) Cf. quos laudavi in Boeth. carm. Praef. p. II sq.

248) l. l. Praef. p. XII sqq. et jam ante eum a Gronovio ad Ciceron. Somn. c. 2.

249) C. B. Hase in Praef. Moseri ad Ciceron. de republ. p. XVIII; cf. Bandinium T. II p. 121.

250) Bibl. Gr. T. XI p. 682.

251) Bibl. T. I p. 468, a. T. II p. 712, d.

252) Beiträge z. Gesch. u. Lit. T. VIII p. 383 sq et p. 653 sq.

253) in Cicer. de rep. Praef. p. XII sqq.

254) l. l. Praef. p. VIII sqq et p. XXXIII sqq.

255) Praef. p. II sq.

256) in Ciceron. de republ. p. 549—60.

257) in Ciceronis Catone maj. (Halis 1833) p. 69—98.

258) M. T. Cic. Somn. Scip. graece expressum. Conita 1840. (Pr.)

259) Cod. August. περί.

260) Dictum pro χιλίαρχος.

261) Al. οἶδα. Dicendum erat ὁμολογῶ.

262) Al. Πόπλιον.

263) Cod. August. Σκιπίωνα οὗ.

264) Deest in Cod. Aug.

265) Brüggemann de suo ἀνικητοτάτου.

ἐκεῖνος περὶ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀνήρετο· πολλοὺς δὲ λόγους δεῦρο κἀκεῖσε σχόντες [266]) ἐκείνην ἡμῖν αὐτοῖς τὴν ἡμέραν δεδαπανήκαμεν.

Planudes, qui magis ad verba quam ad sententias Ciceronis respexit, sensum orationis latinae non semper assecutus in errores incidit, raro explicandi causa singula vocabula addidit, saepius nomina confudit, omnino neque accurate, neque eleganter Ciceronem expressit [267]), in vocabulis formisque vocabulorum deligendis et in dictionibus et sententiis conformandis graecitate deteriore usus. Ceterum codicem Somnii habuisse videtur, qui alia praebebat, quam quae nunc leguntur, et hic illic vitiosa.

Quemadmodum Ciceronis Somnium Scipionis, ita *Macrobii commentarium* in Somnium, non *Saturnalia*, quod alii falso dicunt [268]), Planudes graece convertit. Codices interpretationis laudant Fabricius [269]) et Hessius [270]), quibus adde a me in editione Boethii carminum [271]) nominatos. Codex Coislinianus integer incipit his:

Inter Platonis et Ciceronis libros.

Μεταξὺ τῶν τοῦ Πλάτωνος καὶ Κικέρωνος βιβλίων.

Ex codice Augustano mutilo, qui incipit verbis [272]) ultimis cap. XV libri primi et finitur ab initio capitis IV [273]) libri secundi, Christian. Frider. de Matthaei graeca edidit [274]) in libro rarissimo, cui index est: *Varia graeca ex VIII Codd. edita cum animadversionibus.* Inde haec transscripsi, quae capite XX libri primi leguntur.

In his autem tot nominibus, quae de sole dicuntur, non frustra, nec ad laudis pompam lascivit oratio, sed res vere [275]) *vocabulis exprimitur.* Dux et princeps, *ait*, et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio. *Plato in Ti-*

Ἐν δὲ τούτοις τοῖς τοσούτοις ὀνόμασι τοῖς περὶ τοῦ ἡλίου λεχθεῖσιν οὐ μάτην, οὐδὲ πρὸς ἐπίδειξιν ὁ λόγος ἐπόμπευσεν· ἀλλὰ τοῖς ῥήμασι πράγματα τῷ ὄντι ἐκφαίνεται· Ἡγεμὼν καὶ ἄρχων, φησί, καὶ οἰκονόμος τῶν ἄλλων φώτων, νοῦς τοῦ κόσμου

266) Cod. Aug. *κατ'*, Hess. *οχόντες.*

267) Unum locum c. 25 et 26, quem Cicero ex Platone hauserat, Planudes non convertit, sed ex Phaedro ipso p. 245, c — 246 transscripsit.

268) Fabric. Bibl. Gr. T. XI p. 685 Harl.

269) l. l. p. 682 et p. 685. Adde Venetum alterum apud Zanettium T. I p. 117.

270) in Cic. Catone maj. Praef. p. XIII sq. et p. XXXIII sqq.

271) Praef. p. V.

272) *Διαζώννυται· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ ἑπόμενα μεταβῶμεν* et latinis respondent *cingitur — tractatum ad sequentia transferamus.*

273) *τοῦτο δε καὶ διὰ τὴν στενοχωρίαν*, latine *et propter angustias.*

274) Mosquae 1811, 8 p. 91—182. Negant quidem prodiisse librum, quem G. H. Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 876 redemtoris morte infelici suffocatum esse dixerat, sed eodem anno impensis Zosimadarum fratrum in lucem est emissus. Exemplum, cui tamen index deest, Hessio humanissimo, directori gymnasii Helmstadiensis, debeo. Hinc corrigenda et supplenda, quae monuit Jan Proleg. ad Macrob. p. XLVIII sq.

275) Gronov. vult *res verae — exprimuntur.*

maeo, cum de octo sphaeris loqueretur, sic ait: Ut autem per ipsos octo circuitus celeritatis et tarditatis certa mensura et sit et noscatur, deus in ambitu supra terram secundum[277]) *lumen accendit, quod nunc solem vocamus. Vides ut haec definitio vult esse omnium sphaerarum lumen in sole; sed Cicero, sciens etiam ceteras stellas habere lumen suum solamque lunam, ut saepe jam diximus, proprio carere*[278]), *obscuritatem definitionis hujus liquidius absolvens et ostendens in sole maximum lumen esse, non solum ait* dux[279]) et princeps et moderator luminum reliquorum; *adeo et ceteras stellas scit esse lumina, sed hunc ducem et principem, quem Heraclitus fontem coelestis lucis appellat.*

καὶ εὐκρασία. Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ[276]) *περὶ τῶν ὀκτὼ διαλεγόμενος σφαιρῶν οὕτως ἔφη· ἵνα δὲ διὰ τούτων τῶν ὀκτὼ περιόδων τὸ τῆς ταχυτῆτος καὶ βραδυτῆτος μέτρον ὡρισμένον εἴη τε καὶ γινώσκοιτο, ὁ θεὸς ἐν τῷ κύκλῳ τῷ ὑπὲρ γῆν δευτέρῳ τὸ φῶς ἀνῆψεν, ὃ νῦν ἥλιον ὀνομάζομεν. Ὁρᾷς ὅπως ὁ διορισμὸς οὗτος πασῶν εἶναι βούλεται τῶν σφαιρῶν τὸ φῶς ἐν τῷ ἡλίῳ· ἀλλ' ὁ Κικέρων ἐπιστάμενος καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας οἰκεῖον ἔχοντας φῶς, μόνην δὲ τὴν σελήνην, ὡς πολλάκις ἔφημεν ἤδη, φωτὸς στερουμένην οἰκείου, τὸ ἀσαφὲς τοῦδε τοῦ διορισμοῦ καθαρώτερον ἐπιλύων καὶ δεικνὺς ἐν τῷ ἡλίῳ μέγιστον φῶς ὄν, οὐ μόνον, φησίν, ἡγεμών, ἀλλὰ καὶ ἄρχων καὶ οἰκονόμος τῶν ἄλλων φώτων. Καὶ δῆλον ὡς οἶδε καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας φῶτα τυγχάνοντας καὶ τοῦτον ἡγεμόνα καὶ ἄρχοντα, ὃν Ἡράκλειτος πηγὴν τοῦ οὐρανίου φωτὸς προσηγόρευσεν.*

Interpres nonnulla quidem falso intellexit neque accurate convertit, sed in universum sensum verborum bene, immo elegantius atque planius, quam latina sunt, reddidit. Singula omisit, alia explicandi causa addidit, alia aliter corrupto codice usus legit. Ad verba Macrobii et rectius constituenda et melius intelligenda nonnihil confert, conjecturas virorum doctorum vel confirmans, vel docens vitiosa adesse atque nonnulla excidisse. Hic illic addita sunt scholia, distincta nomine Planudis, qui et *σιγηρὸς* i. Silentiarius dicitur. Qui enim scripsit codicem homo diligens et doctus non solum ea scholia adnotavit, sed etiam interpretationem Planudis cum latino comparavit[280]) et suam interpretationem Planudeae passim substituisse videtur. Virgilii versus Planudes vel pedestri oratione convertit vel omisit[281]), ita ut ex hac quoque re conjicias, Macrobii interpretationem ad priora Planudis studia latina pertinere.

[276]) P. 39, B (p. 154 Ast.), ubi ita legitur: *Ἵνα δε εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ τάχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον.* Platonis verba interpres non mutavit, sed ex latino transtulit. Alium Platonis locum (II, 2 p. 170) in spatio relicto additurus erat.

[277]) Gronov. correxit *secundo*, quod Planudes legit.

[278]) Gronov. addere vult *lumine*.

[279]) Gronov. recte scripsit *sed et*, ut graeca docent.

[280]) Cf. I, 18 p. 102; 19 p. 104; 20 p. 134; 21 p. 137.

[281]) Cf. II, 8 p. 178.

Ut praetermittam Ciceronis Catonem, quem a Planude graece expressum esse codices nonnulli falso indicant[282], et Anonymi Rhetoricorum ad Herennium particulam, cujus interpretationem graecam alii male Planudi tribuunt[283], *Caesaris* libros VII *de bello Gallico* in graecum a Planude esse translatos fere omnes viri eruditi sibi persuaserunt, quos inter Godofr. Jungermannus, qui primus conversionem graecam edidit, Dav. Hoeschelius[284], Joh. Alb. Fabricius[285], Fr. Aug. Wolf[286], Schoellius[287], Baehrius[288] et editor ejus recentissimus Ant. Baumstark[289]. Huetius[290] quidem dubitat Gazaene an Planudi, an alteri ejusdem aevi adscribat interpretationem, et Christ. Aenoth. Flade[291] eam Gazae tribuit, sed id male fieri jam codices interpretationis, ducentis annis ante Gazam scripti, ostendunt. Recte vero Baumstark[292] ex eo, quod interpretis nostri graecitas non magis laboret, quam quae dominetur in graecis versionibus opusculorum aliquot Ciceronis, quod nostrae etiam interpretationis auctor novis interdum vocabulis novisque vocabulorum formis utatur, et quod maxime in usu modorum grammaticorum a probata et integra graecitate recedat, in quibus omnibus totaque ratione dicendi[293] conspiret interpres cum reliquis Ciceronis, Ovidii, Dionysii Catonis, Boethii et Augustini operum interpretationibus graecis, hanc ipsam Caesaris commentariorum interpretationem a Planude esse confectam censet. En initium ejus:

Bell. Gall. I, 1.

Gallia est omnis divisa in partes tris, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humani-

Πᾶσα μὲν ἡ Γαλατία εἰς τρία μέρη διήρηται· ὧν τὸ μὲν οἱ Βέλγαι, τὸ δὲ οἱ Ἀκυιτανοί, τὸ τρίτον δὲ οἱ ἐπιχωρίως μὲν Κέλται, κατὰ δὲ τὴν ἡμετέραν φωνὴν Γάλλοι ὀνομαζόμενοι κατοικοῦσι· καὶ οὗτοι μὲν πάντες ἔς τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς νόμους[294] *καὶ τὴν δίαιταν ἀπ᾽ ἀλλήλων κεχωρίδαται. Τοὺς δὲ Κελτοὺς*[295] *ἀπὸ μὲν τῶν Ἀκυιτανῶν ὁ Γαρούμνας, ἀπὸ δὲ τῶν Βελ-*

282) Cf. edit. meam Boethii carminum Praef. p. III.
283) Cf. me l. l. et quae ea de re infra dicta sunt.
284) In epistola ad Jungermannum.
285) Bibl. Lat. T. I p. 250 Ern.
286) Gesch. d. röm. Lit. p. 282.
287) Gesch. d. griech. Lit. T. III p. 222.
288) Gesch d. röm. Lit. p. 359. Ed. II (T. II. p. 42 Ed. III).
289) C. Jul. Caesaris Commentariorum de bello Gallico interpretatio graeca Maximi quae fertur Planudis etc. Friburgi 1834. 8. Praef. p. IX.
290) De clar. interpr. p. 219.
291) In libello scholastico, *Comparatio Jul. Caesaris graeci cum latino* (Fribergae 1815, 4), typis repetito apud Baumstark p. XVIII sqq.
292) l. l. Praef. p. IX.
293) Phrasium similitudinem cum Planudeis Höschelius quoque in epistola ad Jungermannum observavit.
294) Ordo commutatus est.
295) Variat interpres in formis *Κέλται*, *Κελτοί*.

tate Provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, inportant, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere quotidianis proeliis cum Germanis contendunt, quum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

γῶν ὅ τε Ματρόνας καὶ ὁ Σηκάνας διορίζουσι ποταμοί. Πάντων τούτων κράτιστοί εἰσιν οἱ Βέλγαι, πρῶτον μὲν ὅτι πολὺ ἀφεστᾶσι τῆς ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίᾳ ἡμερότητος τῆς διαγωγῆς, καὶ οὐ μὴ πολλάκις ἔμποροί σφισιν ἐπιμίσγονται, τὰ φιλοῦντα τοὺς ἀνθρώπους θρύπτειν καὶ ἐκθηλύνειν ἄγειν εἰωθότες· ἔπειτα δὲ ὅτι πρόσχωροί εἰσι τοῖς πέραν τοῦ Ῥήνου Γερμανοῖς, οἷς συνεχῶς πολεμοῦσι. Δι᾽ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ οἱ Ἐλβήτιοι κράτιστοί εἰσιν ἐν τοῖς Κέλταις· καθ᾽ ἑκάστην μὲν γὰρ σχεδὸν μάχην τοῖς καθ᾽ αὑτοὺς Γερμανοῖς συνάπτουσιν, ἐκ τῆς σφῶν ἐξελαύνοντες ἢ καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἐμβάλλοντες.

Judicia de interprete admodum inter se differunt. Jo. Davisius [296]) eum vitiosis codicibus esse usum ait et linguam latinam minus calluisse, unde factum, ut a Caesaris mente passim aberrarit et ineptum sensum procuderit. Huetio [297]) judice conversio *Caesarem — nonnunquam ducem deserit, breves tentat excursus, raro tamen et verecunde, ceterum non impura ea nec invenusta.* De sententia Fladii [298]) paraphrastes mutat plura, etiam ea quae mutari non debebant, adjungit vel quibus oratio graeca aegre caret, vel quibus orationi auctoris vim addere atque eam explicare studet, variis de causis ab auctore recedit et nonnulla in conversione omittit. Rectissime vero Ant. Baumstark [299]): *Licet Graeculus verba Caesaris non presse et religiose vertere, sed fere interpretari studuerit, neque desint loci, in quibus auctoris sententiam vel minus recte vel omnino perverse ceperit et expresserit, in universum tamen haec interpretatio cum Caesare latino conspirat.* Quibus adde interpretem verba Caesaris omnino recte intellexisse, sed hic illic, in numeris, in ordine verborum et sententiarum, in nominibus propriis plura mutasse, alia brevius expressisse, raro de suo aliquid adjecisse neque sine fructu in oratione Caesaris vel explicanda vel recte constituenda adhiberi posse.

Praeter Caesaris libros de bello Gallico Planudes *Aelii Donati* quoque grammaticam parvam, quae differt, ut videtur, a Donato minori, graece expressit [300]) et *Augustini* libros XV *de trinitate;* ejusdem vero Augustini libros *de civitate* a Planude in graecum translatos esse Montfaucon [301]) per errorem dixerit, nullum certe ejus conver-

[296]) Praef. edit. C. Jul. Caes. p. II infestius quam verius judicans.

[297]) De clar. interpr. p. 219.

[298]) l. l. qui comparationem Caesaris libri I graeci et latini instituit.

[299]) l. l. Praef. p. VIII sq.

[300]) Conversio inedita, vv. *Πύλη εἰμὶ τοῖς* incipiens, exstat in bibliotheca Bodlejana (cod. Baroccian.); cf. Catal. MSS. Angl. et Hibern. T. I p. 8 Nr. 71 et Fabric. B. Gr. T. VI p. 349 et T. XI p. 685.

[301]) Bibl. Bibl. I p. 589, c ex bibliotheca Monacensi.

sionis vestigium in catalogo bibliothecae Monacensis inveni. Libros autem *de trinitate* a Planude graece redditos non modo Demetrius Cydonius [302]), Bessarion [303]), P. Arcudius [304]) commemorant, sed etiam multi codices cum nomine Planudis in bibliothecis hic illic continent [305]). Conversio integra lucem nondum vidit, incipiens in codice Taurinensi [306]) his verbis:

Augustinus de Trinit. I, 1.

Lecturus haec, quae de trinitate disserimus, prius oportet ut noverit stilum nostrum.

Δεῖ [307]) *εἶναί φημι τὸν τάδε ἀναγνωσόμενον, ἃ περὶ* [308]) *τριάδος διαλαμβάνομεν, πρότερον γνῶναι τὸν ἡμέτερον σκοπόν.*

Aliter inchoant Vindobonenses [309]) aperte mutili. Particulam ejusdem conversionis, XV, 17—19, P. Arcudius in Opusculis aureis [310]) edidit; alium vero locum, quem Fabricius [311]) ab Jo. Leunclavio evulgatum esse dicit, non ex Augustino, sed ex Honorio, neque a Planude translatum esse infra videbimus.

Augustin. de trinitate XV, 17 apud Arcudium.

Satis de patre et filio, quantum per hoc speculum atque in hoc aenigmate videre potuimus, locuti sumus. Nunc de spiritu sancto, quantum deo donante videre conceditur, disserendum est. Qui spiritus sanctus secundum scripturas sanctas nec patris solius est, nec filii solius, sed amborum, et ideo communem, qua invicem se diligunt pater et filius, nobis insinuat caritatem. Ut autem nos exerceret ser-

Ἅλις μὲν οὖν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὁπόσον διὰ τοῦδε τοῦ ἐσόπτρου καὶ ἐν τῷδε τῷ αἰνίγματι ἰδεῖν ἠδυνήθημεν, διειλέγμεθα· νυνὶ δὲ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὁπόσον τοῦ θεοῦ χορηγοῦντος ὁρᾶν συγχωρούμεθα, διασαφητέον, ὡς [312]) *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὰς ἱερὰς γραφὰς οὔτε τοῦ πατρός ἐστι μόνου, οὔτε τοῦ υἱοῦ μόνου, ἀλλὰ ἀμφοῖν, καὶ διὰ τοῦτο κοινὴν ἡμῖν τὴν ἀγάπην διδάσκει, καθ' ἣν ἀλλήλους ὁ πατὴρ καὶ*

302) In libro de processione spiritus c. 6 et 12, ubi locos aliquot laudat; cf. Arcud. Opusc. aur. p. 571 sq. et p. 595. Inde fortasse locus Augustini inter testimonia patrum de spiritu sancto in cod. Mediceo; cf. Bandin. T. III p. 325.

303) Apud Oudinum de script. eccles. T. III p. 761 sq. Locum ex libro IV de trinit. habet in libro de process. spirit. p. 269 ed. Arcud.

304) Opusc. aurea p. 589.

305) Laudat eos Fabric. B. Gr. T. XI p. 684 et Harles ibid. not. f, quibus adde Taurinensem apud Pasinum T. I p. 153 Nr. 47, Venetos Nr. 145 (mutilum) et Nr. 571 (integrum) apud Zanettium p. 81 et p. 299 et tres Parisinos Nr. 2419 et Nr. 2420 (bis), cf. Montfauc. T. I p. 732 B.

306) Cf. Pasinum T. I p. 153 Nr. 47.

307) Sic. cod. Monac. 54; Taurin. Ἀεί; scribendum *Δέον εἶναι.*

308) Taurin. *ἅπερ.*

309) Cf. Lambec. P. IV p. 159 sq. et Dan. de Nessel T. I P. 1 p. 21 et p. 402.

310) Romae 1670 (Edit. alt.) p. 591—613, quem librum pretiosum ex bibliotheca senatus Lipsiensis Nobbe vir humanissimus mihi transmisit.

311) Bibl. Gr. T. XI p. 684.

312) Intellexit interpres *qui*, ut sit *quomodo.*

mo divinus, non res in promtu sitas, sed in abdito servandas et ex abdito eruendas majore studio fecit inquiri.

ὁ υἱὸς ἀγαπῶσιν. Ἵνα δ' ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος γυμνάσῃ, οὐκ εἰς προὔπτον κείμενα πράγματα, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ ἐρευνητέα καὶ ἐξ ἀποκρύφου ἐξενεκτέα, μείζονι ἀγῶνι πεποίηκε ζητεῖσθαι.

Quam interpretationem fideliter factam esse recte censet Bessarion [313]), et Huetius [314]) verborum adeo numerum atque descriptionem laudat; sensum certe Planudes diligenter et perspicue reddidit.

Idem Planudes duo scripta *Severini Boethii* in graecum transtulit, prius de *differentiis topicis* sive *de dialectica*, quod quidem codices Monacenses tres [315]), Taurinensis [316]), Mediceus [317]), Mosquensis [318]) et unus Parisinus [319]) graece versum sine nomine interpretis exhibent; sed quum duo Parisini [320]) et Baroccianus [321]) Planudis nomen ipsum in fronte gerant, et codices inter se consentiant [322]), non est quod de Planude conversionis auctore dubites [323]). Librum latine et graece sed sine nomine interpretis ex codice Augustano Nr. 487, ut videtur, ita ut variam scripturam A (502) et C (543) adderet, Wegelinus [324]) evulgavit. Initium hoc est:

Propositio est oratio, verum falsumve significans, ut si quis dicat coelum esse volubile. Haec et enunciatio et proloquium nuncupatur. Quaestio vero est in dubitationem ambiguitatemque adducta propositio, ut si quis quaerat, an coelum sit volubile. Conclusio est argumentis approbata propositio, ut si quis coelum ab aliis rebus probet esse volubile. Enunciatio quippe, sive sui tantum causa dicatur, sive ad aliud afferatur approbandum, propositio est; si de ipsa quaeratur, quae-

Πρότασίς ἐστι λόγος ἀλήθειαν [325]) *ἢ ψεῦδος σημαίνων, ὡς εἴ τις εἴποι τὸν* [326]) *ἄνθρωπον ζῶον εἶναι. Οὗτος δὲ ἀπόφανσις καὶ προαγγελία καλεῖται· πρόβλημα δ' ἐστὶν ἡ πρὸς διαπόρησιν καὶ ἀμφιβολίαν προςαγομένη πρότασις, ὡς εἴ τις ζητεῖ, εἰ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος ζῶον. Συμπέρασμά ἐστιν ἐπιχειρήμασιν ἀποδεδειγμένη πρότασις, ὡς εἴ τις ἐξ ἄλλων πραγμάτων ἀποδείκνυσι τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῶον. Ἡ ἀπόφανσις τοίνυν εἴτε αἰτίᾳ ἑαυτῆς μόνον λέγεται, εἴτε εἰς τὸ ἄλλο τι προςφέρεται ἀποδεῖξαι, πρότασίς ἐστιν· εἰ*

313) Apud Allatium de consensu p. 842 teste Fabricio.

314) de interpret. claris p. 217 sq.

315) Olim Augustani Nr. 487. 502 et 543; cf. Aretin. Beitr. T. VIII p. 549 sq. et T. IX p. 700 et 850.

316) Cf. Pasin. T. I p. 228 Nr. 122.

317) Cf. Bandinium T. III p. 21.

318) Apud Matthaei in Variis Graecis p. 204.

319) Nr. 2830. Particula legitur in cod. Vindobon.; cf. Nessel. P. V p. 178.

320) Nr. 2091 et 2103; cf. Catal.

321) Cf. Catal. MSS. Angl. et Hibern. I, 1 p. 10 Nr. 83. Aliud exemplum vide ib. p. 12 Nr. 106.

322) Monacenses certe eadem continent.

323) Jgn. Hardt quoque Planudem nominat apud Aretinum l.l. l.l.

324) Aug. Vindel. 1604, 8.

325) Monac. cod. 502 ἀληθείας; cod. 543 ἀληθὲς ἢ ψευδές.

326) Hic et infra aliud est exemplum in graecis.

stio est; si ipsa est approbata, conclusio est. Idem est igitur propositio, quaestio et conclusio, sed differunt modo supra dicto. Argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem.

περὶ αὐτῆς ζητεῖται, πρόβλημα· εἰ αὐτὴ [327]) *ἀποδέδεικται, συμπέρασμα. Τὸ αὐτό ἐστι τοίνυν ἀπόφανσις, πρότασις, πρόβλημα καὶ συμπέρασμα, ἀλλὰ διαφέρουσι τῷ τρόπῳ τῷ προῤῥηθέντι. Ἐπιχείρημά ἐστι λόγος πράγματος ἀμφιβόλου ποιῶν* [328]) *πίστιν.*

Prooemii initium in graeca conversione deest una cum libro quarto, quo et ceteri [329]) codices carere videntur. Huetius [330]) hanc interpretationem *inter optimas et singularum cum sententiis vocum retinentissimas merito commemorandam esse* censet, *nisi in referendis Boethii exemplis* [331]) *fides ejus vel ipso statim operis vestibulo defecisset.* Interpres praeterea singula vocabula et singulos locos [332]) nescio cur omisit; alia autem habet latinis auctiora, vel exempla (II, 1), vel quae contextus latini lacunas aperte supplent (II, 4). Latina et graeca hic illic inter se discrepant, quod Planudes latina sive aliter [333]) legisse videtur, sive male percepit [334]). Ceterum Huetio assentior conversionem diligenter et intelligenter esse factam; sed nimis presse vestigia latina sequitur, ita ut interdum obscuritate laboret. Quod et Anonymus notavit, qui latinae linguae gnarus [335]) in scholiis cod. Nr. 487 additis non modo explicat graeca eaque cum latinis comparata corrigit [336]), sed etiam de angustia latinae orationis queritur [337]) et contextum (*κείμενον*), quia ex latino conversus sit, obscurum esse dicit [338]).

Alterum denique Boethii scriptum, quod Planudes graece expressit, libri V sunt *de consolatione philosophiae.* Multi ejus conversionis extant codices, quos laudavi in Carminibus Boethii a me editis [339]). Graeca, quibus jam Vallinus editor Boethii usus erat, nondum prodierunt, nisi metra, quae ipse ante hos undeviginti annos e codice Caesareo evulgavi, apographum nactus liberalitate Joh. Henr. Christiani Schubarti, viri humanissimi, nunc mihi amicissimi [340]) Metri primi, quod incipit librum primum, pars ita se habet:

Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis heu moestos cogor inire modos.

327) Codd. *αὔτη*.
328) Codd. 502 et 543 *ποιοῦν*.
329) Certe Baroccianus et Mediceus, qui scholia habet.
330) de clar. interpr. p. 216 sq.
331) Exemplum unum, latine repetitum a coelo volubili, interpres commutavit cum homine animali, idque toto libro.
332) I, 3. II, 1. 5. III, 2.
333) II, 7 *causis* pro *casibus*.
334) II, 4 *emimus* pro *eminus*.
335) Consuetudinem sermonis latini novit (p. 187 et p. 223), vocabula latina explicat (p. 183), latina cum graecis comparat (p. 187 *propositio* et *ἀξίωμα*; p. 195 *inhaerere* et *ἕπεσθαι*; p. 264).
336) p. 195 et p. 260, ubi vult *inhaerere* interpretari per *ἕπεσθαι* vel *ἐγκολλᾶσθαι* pro *ἐξαρτᾶσθαι* et *ἐνιζάνειν*.
337) p. 249.
338) p. 216.
339) Praef. p. VI sq. Adde Fabric. et Harles in B. Gr. T. XI p. 684 et codd. Laurentianos apud Bandinium T. II p. 327 sq. T. III p. 236.
340) Darmstadii 1833, 4.

Ecce mihi lacerae dictant scribenda Camenae,
Et veris elegi fletibus ora rigant.
Has saltem nullus potuit pervincere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
Gloria felicis olim viridisque juventae
Solantur moesti nunc mea fata senis.
Venit enim properata malis inopina senectus,
Et dolor aetatem jussit inesse suam.
Intempestivi funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis
Inserit et moestis saepe vocata venit.

Ὃς πάρος ἐσπούδαζον ἐπῶν περὶ σύνθεσιν ἡδέων,
ᾆσμα προῆγμαι νῦν [341]) φεῦ γοερόν τι πλέκειν·
δὴ γάρ μοι μέλεαι μελετῶσι τὰ γραπτέα Μοῦσαι
ἀψευδῶν ἐλέγων δάκρυσι τεγγομένῳ.
Οὐδὲν γὰρ καὶ τάσδε κατηγγωνίσσατο τάρβος,
ὥστε συνεμπορίην ἡμετέρην προλιπεῖν·
δόξα δ' ἐμῆς νεότητος εὐπραγέος [342]) πάρος οὖσαι
νῦν παραμυθεῦνται γήραϊ δυστυχίην [343]).
Ἦλθε κακοῖς γὰρ ἐπειχθὲν ἄελπτον γῆρας, ἑῇ δὲ
ἡλικίῃ με τελεῖν κέκλετο κηδοσύνη·
καὶ κεφαλῆς πολιαὶ καταχεῦνται πάγχυ πρὸ ὥρας,
καὶ τρομέει σαρκῶν δέρμα κενωθὲν ἅπαν.
Ὄλβιος οἶτος ἐκεῖνος, ὃς οὐκ ἦλθ' εὐτυχέουσι,
κληθεὶς δ' [344]) εὐθὺς ἔβη δυστυχέουσι βροτοῖς.

Conversio, de qua judicium plenum et fusum in libello supra laudato [345]) feci, in melioribus numeranda est, immo optima apparet ex Planudeis, fortasse ab eo aetate provectiore composita. Interpres, ad antiqua versuum genera reversus, jam eo quod metra vel difficiliora in convertendo adhibet, se rei metricae satis peritum fuisse probavit; etenim omnia Boethii metra dactylica, anapaestica, iambica, trochaica, choriambica iisdem rhythmis presse reddidit, sane non adeo sonora, ut cum Aeschyleis vel Pindaricis comparari possint, nihilominus facilia et expedita, meliora certe versibus Catonianis; sed a labe temporis sui non immunis hic illic aures numeris claudicantibus offendit. Oratio satis

[341]) Sic codd. Paris. duo; cod. Vindob. omisit νῦν.
[342]) Syllaba media correpta.
[343]) Vindob. δυςπραγίην.
[344]) Sic Parisini duo; Vindob. omisit δ'.
[345]) Praef. p. VII—X.

apta et elegans in usu singulorum verborum eorumque structuris, ab antiqua illa simplicitate et pulchritudine sane recedens. Dialecto utitur Planudes in universum epico-elegiaca, ita tamen ut singulas formas ex aliis dialectis adsciscat. Plerumque Boethium ad verbum expressit, alia tamen omisit addiditve, alia libere in graecum transtulit vel amplificans vel recidens; raro verba latina male intellexit, fortasse codice depravato usus. Conversio itaque magis laudanda quam vituperanda est et ad Boethiana rectius constituenda atque intelligenda adjuvat et studium magnum, diligentiam, assiduitatem viri pro tempore suo doctissimi declarat.

Planudes porro partem *Summae*, a *Thoma Aquinate* scriptae, graece convertisse dicitur; teste enim Montefalconio [346]) in codice Ambrosiano Mediolani est St. Thomae Aquinatis expositio orthodoxae fidei graece interprete Maximo Planude; sed quum alii codices nomen interpretis non addant [347]) et Demetrium Cydonium, de quo p. 40 videbimus, eandem Summam graece expressisse constet, Planudis nomen falso impositum esse videtur.

Neque *Petri Hispani* Summularum logicalium partem Planudes graece reddidit, ut codicis Barocciani [348]) index exhibet, sed potius Georgius Scholarius sive Gennadius, de quo infra dicetur.

Studium latine scripta legendi et graece reddendi, inter Graecos per Maximum Planudem denuo suscitatum, ab aliis postea nutritum et continuatum est. Ut nihil dicam de *Nicephoro Xanthopulo* [349]), Callisti filio (anno circiter MCCCXLI), qui epistolas tres Innocentii I papae, historiae ecclesiasticae [350]) intextas, et locum Tertulliani [351]) non sibi, sed aliis debet, nihilque de *Leontio Pilato* Thessalonicensi sive, ut Petrarca vult, Calabro [352]) (anno circiter MCCCXL), qui Odysseam latine vertit, eodem fere tempore floruit *Manuel Calecas* [353]), oriundus e familia Joannis Calecae patriarchae Constantinopolitani, interpres publicus, insignis magna et eruditione et fide. Is, qui a partibus Latinorum stans complures libros contra Graecos scripsit, hymnum illum, quem vulgo Ambrosii [354]) esse dicunt, *Te deum laudamus*, in graecum transtulisse

[346]) Bibl. Bibl. T. I p. 505, E.

[347]) Cf. Harl. ad Fabric. Bibl. Gr. T. XI p. 685.

[348]) Cf. Catal. MSS. bibl. Angl. I, 1 p. 9 Nr. 76.

[349]) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. VII p. 437 sqq. Harl.

[350]) XIII, 32, transscriptas ex Sozomeno VIII, 26. 27, unde facile conjicias, eum tertiam quoque epistolam, ab eo XIII, 34 laudatam, quam et apud Michael. Glycam Annal. IV p. 480—82 legimus, ab alio mutuatum esse.

[351]) Apol. 5, haustum ex Eusebio; cf. Vales. ad Euseb. Hist. Eccles. II, 25.

[352]) Cf. Dissert. supra I p. 30 et Saxii Onomast. T. II p. 361.

[353]) Cf. de eo Oudin. de script. eccles. T. III p. 1059—162 et Fabric. B. Gr. T. XI p. 453 sqq. Harl.

[354]) A. J. Rambach in Antholog. T. I p. 88 et H. A. Daniel in thesauro hymnolog. P. II p. 290 putant latinum hymnum ex graeco matutino per varios interpretes esse conversum, unde explicandum, quod varii nominentur ejus poetae, Ambrosius, Augustinus, Sisebutus, Nicetas sive Nicetius, Hilarius.

fertur. Extat enim in codice Mediceo[355]) hymnus ille graece conversus una cum Calecae nomine, in margine codicis addito. Incipit his verbis:

Te deum laudamus, te dominum confitemur.
Σὲ τὸν θεὸν ὑμνοῦμεν, σὲ τὸν δεσπότην ὁμολογοῦμεν.

Desinit his:

In te, domine, speravi, non confundar in aeternum.
Ἐπὶ σοί, κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα.

Eadem interpretatione et Matth. Ludecus in Vespertino et Matutinali suo usus esse videtur[356]).

In eadem bibliotheca Laurentiana[357]) legitur et *ὁ τῆς ἐξομολογήσεως τρόπος τοῦ κυρίου Μανουὴλ τοῦ Καλέκα ἑρμηνεία ἀπὸ τοῦ λατινικοῦ*, *confessionis modus* sive forma absolutionis peccatorum secundum *Latinorum* ritum Manuele Caleca interprete. Incipit *Ἐξομολογοῦμαι*[358]) *τῷ κυρίῳ μου τῷ θεῷ μου καὶ σοι, πάτερ, τὰς ῥαθυμίας μου.* Desiit in verbis *ὥστε ἀξιωθῆναί σε τῆς μακαρίας ζωῆς· ἀμήν.*

Idem *Boethii* librum *de trinitate* in graecum transtulit[359]), quae conversio in duobus superest codicibus, in Ambrosiano Mediolani[360]) et in Taurinensi[361]). Initium capitis primi hoc est:

Christianae religionis reverentiam plures usurpant.	*Τῆς μὲν χριστιανικῆς πίστεως τὸ σεβάσμιον οἱ πλούσιοι τῶν αἱρετικῶν ὑφαρπάζουσι.*

In fine leguntur: *Τὸ παρὸν μετηνέχθη ἀπὸ τῆς Λατίνων διαλέκτου εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον παρὰ Μανουὴλ τοῦ Καλέκα ἀχρείου καὶ εὐτελοῦς δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν.*

355) Plut. IV cod. 12; cf. Biscionii Biblioth. Catal. T. II p. 151 sq. et Bandinii Cat. codd. gr. Laur. T. I p. 533, cujus verba Harles, Sisebutum interpretem dici ratus, male intellexit. Idem hymnus graece cum explicatione inter lineas extat in bibliotheca Caesarea, ubi Ambrosii esse dicitur; cf. Lambec. P. V p. 152 et Nessel Catal. T. I p. 281. 19.

356) Cf. Daniel l. l. p. 299, ubi vs. 21 *συναριθμηθῆναι* legi dicitur pro *munerari*. Alia interpretatio graeca est Conr. Rittershusii apud Weizium Heortol. p. 224.

357) Plut. LXXIV cod. 13 nr. 41; cf. Montfaucon T. I p. 386, E et Bandinium l. l. T. III p. 110. In alio codice XIV Plut. X nr. 1 eadem confessio Thomae Aquinatis esse falso dicitur et eadem conversio male Demetrio Cydonio attribuitur; cf. Bandin. T. I p. 483.

358) Latina invenire non poteram; similia leguntur in Missali Romano (ed. 1627) p. 231 et in Joannis Bona Rerum Liturgic. II, 2 p. 311, quem locum debeo Hahne, viro reverendissimo, qui decanus ecclesiae catholicae Cassellis praeest.

359) Calecas ipse tractatum de trinitate scripsisse fertur, qui incipit *τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν*; cf. Fabric. B. Gr. T. XI p. 454 et p. 511.

360) B. 146, teste Federo meo; cf. et Montfanc. Bibl. T. I p. 494, A, ubi tamen Planudes dicitur interpres esse.

361) Nr. 161; cf. Pasini Bibl. Taurin. MSS. T. I p. 246. Pars ejusdem fortasse confessionis legitur in cod. Caesareo; cf. Nessel P. I p. 280 nr. 13 et Lambec. P. V p. 150.

Denique Calecas Biscionio teste [362]) nonnulla ex synodo Toletana, quae jussu Leonis I pontificis anno CCCCXLVII contra Priscillianistas habita est [363]), graece reddidit; ea in codice Mediceo-Laurentiano [364]) leguntur, de quibus quod amplius dicam non habeo.

Manueli Calecae aequalis fuit *Demetrius* [365]) *Cydone* sive Cydonius, ut volunt, a Cydone oppido, ubi commorabatur, vel potius Thessalonicensis, Joanni Cantacuzeno Imperatori admodum familiaris, post annum MCCCLV senex in Italiam profectus, ubi Mediolani literis latinis operam dabat, superstes etiam-tum anno MCCCLXXXIV. Is, doctrinam christianam primum Graecorum, tum Latinorum amplexus, quum placita ecclesiae latinae inter Graecos proferre vellet, multa non modo ipse, veteres graecos, inprimis Platonem imitatus, eleganter et pure scripsit [366]), sed etiam e latinis, *adstricta* [367]) *et castigata interpretandi ratione* usus, in graecum transtulit. Quae convertit haec sunt:

Augustini libri XV *de trinitate*, qui graece supersunt in codice Vaticano [368]) et fortasse in bibliotheca Bessarionis [369]).

Praeterea ex *Augustini expositione in Evangelium secundum Joannem* locus in libro Demetrii de processione spiritus [370]) graece redditus legitur.

Tum *Soliloquia* Augustini subdita, a Demetrio conversa, supersunt *εὐχαὶ θεωρητικαὶ καὶ ἐρωτικαὶ αἱ καλούμεναι μονολόγοι*, quae leguntur in codice Laurentiano [371]) cum verbis praemissis: *ταύτας τὰς εὐχὰς ἐμετεγλώττισεν κύριος Δημήτριος ὁ Κυδώνης· ταύτας τὰς εὐχὰς εὑρὼν* [372]) *ὁ ἅγιος ὁ Ἐφέσου ἐν Ἰταλίᾳ ὁ Εὐγενικὸς κύριος Μάρκος.* Initium hoc est:

Augustin. Oper. T. VI p. 565.

Agnoscam te, domine, cognitor meus. *Ἐπιγνοίην σε, κύριε, τὸν ἐπιγινώσκοντά με.*

Sunt vero excerpta ex variis capitibus soliloquiorum, inprimis ex cap. XXII.

Ab ea conversione alia differt, quae sine interpretis nomine in codice Monacensi legitur [373]) et XII capita soliloquiorum continet, his incipiens verbis: *Γινώσκοιμί σε, κύριε, γνώστης ἐμοῦ* et finitur his: *ἡ ὑπερηφανία τῆς ζωῆς.*

Eadem denique soliloquia, graece conversa nescio a quo, extant in codice biblio-

[362]) l. l. T. II p. 160.
[363]) Cf. Cave de script. eccl. T. I p. 479.
[364]) Plut. IV cod. 13.
[365]) Cf. de eo Wharton Append. ad Cave T. II p. 57 et 59; Oudin. de script. eccles. T. III p. 995—1005 et Fabric. B. Gr. T. XI p. 398—405 Harl.
[366]) Recenset ea Fabric. B. Gr. l. l. p. 399—404.
[367]) Huet. de clar. interpr. p. 218.
[368]) Montfauc. T. I p. 12, c.
[369]) Montfauc. l. l. T. I p. 468, c.
[370]) Cf. P. Arcudii Opusc. aurea p. 570.
[371]) Cf. Bandinium T. II p. 522.
[372]) Leg. *εὗρεν*.
[373]) Nr. 573; cf. Aretin. Beitr. T. IX p. 948.

thecae Augustinensis Neapoli [374]) et in codice Taurinensi [375]), in quo tamen capp. XXI —XXVIII desunt.

Porro Demetrius graecę expressit *Augustini enchiridion* [376]) et capita aliquot ex *sermonibus sive orationibus* [377]).

Idem Demetrius Allatio [378]) auctore *Anselmi* Cantuariensis librum *de processione spiritus sancti contra Graecos* in linguam patriam transtulit. Conversionis initium ita se habet:

Negatur a Graecis quod spiritus sanctus de filio procedat.

Ἀρνεῖται [379]) τῶν Γραικῶν ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι.

Codex libri graeci servatur in bibliotheca Vaticana [380]).

Anselmi epistola quoque *de tribus quaestionibus* ad Waltranum [381]) sive rectius Waleramum episcopum Numburgensem, a Demetrio graece expressa, eodem Allatio [382]) teste extat manuscripta, fortasse in bibliotheca Neapolitana [383]). Initium epistolae hoc est:

Scienti breviter loquor. Si certus essem prudentiam vestram non favere.

Εἰδότι βραχέα λέγω· εἰ βέβαιος ἦν περὶ τῆς σῆς φρονήσεως, ὡς οὐ συμμαχοίης.

Pauca in Anselmianis mutata esse vides. Deinde Demetrius *Thomae Aquinatis* libros IV *de veritate catholicae fidei contra gentiles* graece reddidit. Graeca extant in codicibus Venetis [384]), Taurinensi [385]), Parisino [386]) et in aliis [387]). Initium ita se habet:

Veritatem [388]) meditabitur guttur meum et labia mea detestabuntur impium.

Ἀλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου, ἐβδελυγμένα δὲ ἐναντίον ἐμοῦ χείλη ψευδῆ.

Graeca in his cum verbis septuaginta interpretum consentiunt [389]).

374) Fabric. B. Gr. V p. 796 Harl.; cf. Montfaucon T. I p. 8, c et p. 231, c.

375) Cf. Pasinum T. I p. 469, quem codicem fortasse et Montfaucon T. I p. 356, b significavit.

376) Oudin. l. l. p. 1001 et Lambec. Comment. P. I p. 149 (p. 272, c Kornar.); res tamen est dubia. Locus fortasse ejus interpretationis in codice Mediceo; cf. Bandin. l. l.

377) Harl. ad Fabric. l. l. p. 404.

378) de consens. utrinsque eccles. II, 18, 5 p. 857.

379) Fabric. l. l. p. 405 aliud initium, quod est libri de *spiritu sancto*, ab ipso Demetrio compositi, falso laudat; cf. p. 402, g.

380) Montfaucon. Bibl. bibl. T. I p. 12, c.

381) Cf. Saxii Onomast. T. II p. 198.

382) l. l.

383) Montfaucon Bibl. T. I p. 231, c.

384) Oudin. de script. eccles. T. III p. 999, Montfauc. T. I p. 468 et Zanettium p. 81. 82 et 299, in quibus codicibus nomen interpretis non legitur.

385) Cf. Pasinum T. I p. 93 cod. XXIII, b. V, 3, in quo tamen codice interpres non nominatur.

386) Nr. 1868 mutilo et Nr. 1236 integro, in quo et nomen interpretis, Demetrius, legitur.

387) Fabric. B. Gr. T. XI p. 504.

388) Proverb. 8, 7.

389) Aliam ejusdem libri partem, *argumenta, quibus animam creatam esse ostenditur*, II, 87, habet codex Parisinus Nr. 2027.

Tertius liber ejusdem operis *de veritate catholicae fidei* eodem Demetrio interprete graece in bibliotheca Bessarionis [390]) et Caesarea [391]) est, et singula ejus capita una cum aliis Thomae excerptis in eadem bibliotheca Caesarea [392]) servantur. Ex his promiscuis primum caput ita incipit: *Θωμᾶ Ἀγχίνου* [393]) *λόγοι περὶ τῆς θείας σαρκώσεως· ἀντιθέσεις κατὰ τῆς θείας παρουσίας* [394]). *Ἀλλ' οἱ τῇ πίστει ἀντικείμενοι τοιαῦτά τινα ἀντεπάγουσι τῇ θείᾳ σαρκώσει· θεὸς οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε δύναμις ἐν σώματι* [395]).

Demetrio quoque Biscionius [396]) attribuit ejusdem libri tertii caput CXXII, quod graece conversum sine interpretis nomine extat in bibliothecae Laurentianae codice XII plut. IV et ita incipit:

Si quis autem recte consideret, praedicta ratio non solum ad hoc perducere videtur, ut societas maris et feminae, quam matrimonium appellamus, sit diuturna, sed etiam quod sit per totam vitam.	*Εἰ δέ τις ἀκριβῶς θεωροίη, ὁ προειρημένος λόγος οὐ μόνον πρὸς τὸ* [397]) *συνεχῆ εἶναι τὴν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς κοινωνίαν, ἣν γάμον ὀνομάζομεν, ἄγειν δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς διὰ παντὸς εἶναι τοῦ βίου.*

Desinit verbis:

Ego autem dico vobis uxorem a viro non discedere.	*Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρίζεσθαι.*

In quibus latina presse reddita esse vides.

Tum Demetrius *Thomae Aquinatis Summam theologiae* in graecum transtulisse fertur, cujus conversio latet in codicibus bibliothecae Parisinae [398]), in duobus Venetis [399]) et uno Barocciano [400]), in quibus prima tantum pars et secundae partis prima pars leguntur, in Sangermanensi [401]), qui singulas quaestiones habet, et in duobus Caesareis [402]), qui singula capita continent, nomine tamen interpretis latente, ita ut de auctore dubitare possis, quem Nesselius, Oudinus [403]), Fabricius [404]) Demetrium esse affirmant.

Denique expositio sive declaratio quorundam articulorum contra Graecos, Armenios, Saracenos ad cantorem Antiochenum, qui *Thomae Aquinatis* liber vulgo *de recta fide* dicitur, graece conversa a Demetrio, cujus nomen codex Vaticanus [405]) praebet, cum

390) Montfauc. Bibl. T. I p. 468, c et in bibliotheca Marci; cf. Zanettium T. I p. 81.
391) Lambec. Commentar. T. I p. 272 Kornar.
392) Cf. Nessel P. I p. 339. 358 et Lambec. Commentar. P. V p. 173. 225. cod. Nr. 257 et Nr. 277, sed nomen interpretis in codicibus celatur.
393) Pro *Ἀκουΐνου*; cf. Lambec. l. l. P. I p. 266 Kornar.
394) Ita et Lambec. P. I p. 146 (Ed. I), sed Nessel P. I p. 339 *σαρκώσεως*.
395) Locum Thomae non inveni.
396) Bibl. Med. Laur. T. II p. 156 et Bandini T. I p. 534 sq.
397) Correxi pro *τόν*.
398) Codd. Nr. 1235. 1237 et 1274; cf. Fabric. B. Gr. T. XI p. 504 Harl.
399) Montfaucon T. I p. 476, d. et Zanettium T. I p. 81 sq.
400) Catal. MSS. Angl. et Hiber. T. I p. 12 Nr. 105.
401) Montfaucon T. I p. 1054, e. p. 414, a.
402) Nessel P. I p. 339 et p. 358.
403) de script. eccles. T. III p. 1000 sq.
404) Bibl. Gr. l. l.
405) Cf. Opera Thom. Aquinat. ed. Venet. T. XIX Praef. p. XII.

indice: *διάληψις τῶν λόγων τῆς πίστεως, ἐκδοθεῖσα παρὰ Θωμᾶ τοῦ ἐκ τοῦ Ἀγχίνου πρὸς ψάλτην Ἀντιοχείας,* in bibliotheca Veneta [407]) et Laurentiana [408]) servatur. Decem vero ejus libri capita extant in bibliotheca Caesarea [409]) et Veneta [410]). Initium libri hoc est:

Beatus Petrus apostolus, qui promissionem accepit a domino.

Ὁ μακάριος Πέτρος ὁ ἀπόστολος ὁ ἐπαγγελίαν λαβὼν παρὰ τοῦ κυρίου.

Desinit conversio verbis:

Alibi diligentius pertractata sunt.

Ἀλλαχοῦ ἀκριβέστερον διείληπται.

Praeter Thomam Demetrius *Ricoldi* [411]) sive *Riculdi* (male apud alios *Richardi*) *de Monte crucis,* Florentini, qui anno circiter MCCLXXXXV vixit, *confutationem Alcorani Muhamedici* latine scriptam stilo elegantiori, ut Bartholomaeus Picernus [412]) ait, graece vertit. Codices et editiones Oudinus [413]), Fabricius [414]), Lambecius [415]) recensent. Confutatio graeca, a Theod. Bibliandro in Machumetis vita et Alcorano s. l. 1543 edita, ita [416]) incipit:

Quot [417]) *sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me judicium? Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed*

Πόσαι [418]) *εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; διηγήσαντό μοι παράνομοι*

[407]) Cf. Zanettium T. I p. 82.

[408]) Montfaucon T. I p. 265, B, Biscion. Bibl. Laur. T. II p. 156 et Bandinium T. I p. 534 sq.

[409]) Nessel P. IV p. 154 et Lambec. P. I p. 266 Kornar. (T. I p. 146 ed. I), qui tamen ex Possevino alium indicem libri affert.

[410]) Cf. Zanettium p. 271.

[411]) Cf. de eo Scriptores ordin. Praedicator. ed. J. Quetif et S. Eckard T. I p. 504—506 (quem locum discipulus olim carissimus, *Guil. Mangoldus*, mihi indicavit), ubi Eckardus nomen *Riculdi* pro *Richardi* defendit.

[412]) Is ipse Ricoldi libellum e graeco in latinum convertit et edidit Paris. 1511.

[413]) De script. eccles. T. III p. 1001 sq.

[414]) B. Gr. T. VIII p. 86, ubi nota *oo.* est corrigenda, et T. XI p. 404 Harl.

[415]) Commentar. V p. 167. Cod. 254 nr. 2; cf. et Nessel P. I p. 363 et P. V p. 167 sq.

[416]) Index libri in codice Caesareo est: *Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τοῦ νόμου Μωαμὲθ, ὑπὸ μὲν Ῥικάρδου τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς, ὑπὸ δὲ Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς.* Apud Bibliandrum T. II p. 83 ita se habet: *Ῥικάρδου - ἀνασκευὴ τῆς παρὰ τοῦ καταράτου Μαχουμὲθ τοῖς Σαῤῥακήνοις τεθείσης νομοθεσίας, μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς ἰταλικῆς διαλέκτου εἰς τὴν ἑλλάδα διά τινος Δημητρίου.*

[417]) Latina Ricoldi verba, quae Barthol. Picernus in codice Parisino Nr. 4230 legisse videtur, primus edidit ex codice Veneto Marc. Antonius Serafinus Venet. 1607 p. 1—63 hoc indice: *Propugnaculum Fidei, toti Christianae Religioni adversum mendacia et deliramenta Saracenorum, Alchorani praecipue, maxime utile. Authore R. P. magistro F. Ricoldo* etc. Exemplum est Vindobonae in bibliotheca Caesarea. Hanc notitiam una cum verbis Ricoldi latinis debeo *Gust. Linkero,* discipulo amantissimo, literas humanitatis Vindobonae docenti.

[418]) Sunt verba Psalm. 118, 84—86 juxta LXX interpretes.

non ut lex tua. Omnia mandata tua veritas; iniqui persecuti sunt me, adjuva me. Psalm. 118. Verba sunt ecclesiae militantis, quae suspirat et ingemiscit, gravata diversis afflictionibus, a quibus divino auxilio liberari confidit. Et licet innumeras passiones et tribulationes ecclesia patiatur, omnes tamen ad tres generaliter reducuntur. Primo namque passa est rabiem manifeste persecutionis a tyrannis paganis, et hoc praecipue a passione Christi usque ad tempora Constantini, videlicet trecentis decem annis, quo tempore Romani, qui tenebant monarchiam mundi, et alii pagani per mundum innumeros sanctos dei martyres occiderunt.

ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, κύριε· πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια· ἀδίκως κατεδίωξάν με. Οὗτοι οἱ λόγοι τῆς στρατευομένης εἰσὶν ἐκκλησίας πενθούσης τε καὶ στενούσης τῷ διαφόραις βαρυνθῆναι ταλαιπωρίαις, ὧν ῥυσθῆναι τῇ θείᾳ πέποιθε συμμαχίᾳ· ἀλλ' εἰ καὶ ἀναρίθμητα πέπονθεν ἡ ἐκκλησία πάθη καὶ λύπας, πάσας μέντοι καθόλου εἰς τρεῖς ἔστιν ἀναγαγεῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς ὑπέστη τὴν λύσσαν τοῦ διωγμοῦ, τὴν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν τυράννων ἐπενεχθεῖσαν αὐτῇ. Τοῦτο δὲ μάλιστα αὐτῇ συμβέβηκεν, ἀφ' οὗ πέπονθεν ὁ Χριστὸς μέχρι τῶν τοῦ Κωνσταντίνου καιρῶν, ἐν ἔτεσι δηλονότι τριακοσίοις καὶ δέκα, ὅτε οἱ κατέχοντες τὴν τοῦ κόσμου μοναρχίαν Ῥωμαῖοι καὶ τῶν ἄλλων ἀσεβῶν ὁ κατάλογος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀναριθμήτους τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ μαρτύρων ἀπέκτειναν.

In conversione, quantum eam cum latinis comparare poteram, Ricoldi verba diligenter sunt reddita, ita tamen ut singula sed raro omissa, alia et saepius addita sint, praesertim ubi perspicuitas orationis hoc flagitabat. Quae enim apud Ricoldum obscure et contorte sunt dicta, ea Demetrius, plerumque recte intellecta, plane et attenuate expressit.

Fortasse ab eodem Demetrio *christianae fidei confessio*, Saracenis adeundis ab incerto auctore [419]) facta, quae legitur apud Theodor. Bibliandrum [420]) l. l., e latino in graecum conversa est. Initium hoc est:

Nos tales etc. Christianae fidei professores, a longinquis partibus venientes existentesque gratia dei sanae mentis, hodie in nomine sanctissimae trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, unius, summi et omnipotentis dei, creatoris et gubernatoris universorum, pura et sincera intentione et nulla humana passione moti, coram tua et tuorum terrena et transitoria po-

Ἡμεῖς οἱ δεῖνες κ. τ. λ. τῆς χριστιανικῆς πίστεως ὁμολογηταί, ἀπὸ μακρῶν τόπων ἐρχόμενοι καὶ ὑπάρχοντες τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ὑγιοῦς διανοίας, σήμερον ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἁγιωτάτης τριάδος, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἑνός, ἄκρου καὶ παντοκράτορος θεοῦ, τοῦ δημιουργοῦ καὶ κυβερνήτου τῶν ὅλων, καθαρῷ καὶ εἰλικρινεῖ σκοπῷ καὶ μηδενὶ ἀνθρωπίνῳ

[419]) Bibliander eam ab ipso Ricoldo, de quo dictum est, scriptam esse putat.

[420]) T. II p. 166—178.

testate nos humiliter praesentamus ad duo firmiter et constanter faciendum, primo quidem ad profitendum nomen domini nostri Jesu Christi ejusque sincerae et immaculatae fidei atque sancti evangelii veritatem; secundo ad annunciandum vobis viam, extra quam salvi esse non potestis.

πάθει κινούμενοι, ἔμπροσθεν τῆς σῆς καὶ τῶν σῶν γηΐνου καὶ παρερχομένης ἐξουσίας ταπεινῶς παριστάμεθα, ὥστε δύο τινὰ ποιῆσαι βεβαίως καὶ εὐστατῶς, πρῶτον μὲν ὥστε ὁμολογῆσαι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου τὴν ἀλήθειαν· δεύτερον ὥστε ἀναγγεῖλαι ὑμῖν τὴν ὁδόν, ἧς ἔξω σωθῆναι οὐ δύνασθε.

In quibus latina bene intellecta esse et ita reddita graece vides, ut verba verbis respondeant, interdum non sine damno quodam orationis graecae.

Porro J. Morelli[421]) testis est, ad feriam sextam in parasceue liturgiam illius diei, a Demetrio Cydonio ex latino graece redditam, hisce verbis afferri: *Ἐντεῦθέν εἰσιν αἱ εὐχαί, ἃς εὔχεται ἡ ἐκκλησία ὑπὲρ πάντων ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, αἵ τινες προηρμήνευνται παρὰ τοῦ μακαρίτου Δημητρίου, καὶ εἰσὶν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς ἑρμηνευθείσης παρ' ἐκείνου λειτουργίας*, eamque interpretationem libris a Demetrio conversis addere vult, quemadmodum conversionem alius Missae, in nativitate Domini juxta ritum Ambrosianum cantatae, quae in codice olim Vaticano, nunc Ambrosiano[422]) legitur.

Denique Fabricius[423]) librum *Francisci Petrarchae de contemtu mundi* a Demetrio graece conversum laudat, sed nihil de conversione mihi constat.

Eodem fere tempore id est anno circiter MCCCLXXX floruit *Manuel Chrysoloras*[424]), qui literarum latinarum gnarus, Joannis Palaeologi senioris legatus, principes Europae occidentem versus adiit, tum legationis munere deposito Romae et inprimis Florentiae linguam graecam docuit, postea ecclesiae latinae placita secutus ad concilium Constantiense se contulit ibique anno MCCCCXV diem obiit supremum. Is *Missalis romani orationes* et *ordinem Missae* secundum ritum romanum graece reddidit, quae conversio legitur in codice bibliothecae S. Marci[425]) Venetiis. J. Morellius[426]) docet, latina ex missali ad usum fratrum Praedicatorum in Gallia degentium hausta esse, in quibus interpretandis Chrysoloras, ut ipse in epistola testetur,

[421]) Bibl. MSS. Venet. T. I p. 51.

[422]) Ex eo sed latine conversam, ut Baehrius putat, Ang. Fumagallius missam edidit in libro, quem frustra quaesivi, in Raccolta Milanese. Milan. 1757, 4; cf. Codice diplomat. Sant—Ambrosian. Milan. 1805 p. XII sq., cujus rei notitiam me *J. C. F. Baehrio*, professori Heidelbergensi, viro humanissimo debere gratus profiteor.

[423]) Bibl. Gr. T. XI p. 405 Harl., ubi nomen Petrarchae deest.

[424]) Cf. de eo Gerium et Wharton Append. ad Caveum T. II p. 81, Oudin. de script. eccles. T. III p. 1232, Fabric. B. Gr. T. VI p. 325—29. T. XI p. 409—11 Harl., Schoell. Gesch. d. gr. Lit. T. III p. 502 sqq. et Dissert. supra I p. 30 et 32.

[425]) Nr. 38.

[426]) Bibl. MSS. Venet. p. 50.

si non elegantiam, at certe fidem servarit. Initium orationis in Dominica prima adventus hoc est:

Excita, quaesumus, domine, potentiam tuam et veni.

Κυριακῇ πρώτῃ τῶν πρὸ τῆς παρουσίας ἤτοι τῶν Χριστοῦ γεννῶν.

Ἔγειρον[427]*, δεόμεθα, τὴν δυναστείαν σου, κύριε, καὶ ἐλθέ.*

Idem Chrysoloras *Gregorii Magni Liturgiam* sive *Missam* in festo S. Trinitatis e latino graece convertit, quae conversio nomen quidem *Georgii Codini* prae se ferens Lutetiae a Fed. Morello[428]) et inde in bibliotheca[429]) patrum Morelliana edita est, sed quum interpretatio in codicibus Barberino[430]), Taurinensi[431]), Veneto[432]) nomen Chrysolorae in fronte gerat, et quum *Georgium Codinum Curopalatam* latina in graecum transtulisse non constet, Codini nomen falso additum esse mihi persuasum est. Missa Praesanctificatorum, quam Fed. Morellus ex codice Parisino[433]) Nr. 2162 edidit, exorditur his:

S. Gregorii papae, quem Dialogum Graeci cognominant, divinum officium sive Missa.

Sacerdos[435]) *missam celebraturus, sacra veste indutus et stans ante altare dicit:* Confitemini domino, quoniam bonus. *Minister autem respondeat illi quod sequitur:* Quoniam in seculum misericordia ejus[438]). *Deinde inclinans se ipsum sacerdos dicit:* Confiteor[439]) deo et beatae virgini Mariae et omnibus vobis, fratres, quia peccavi nimis verbo, opere, cogitatione et omissione. Ideo precor vos, ut oretis deum pro me.

Λειτουργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ λατινικοῦ[434]) *εἰς ῥωμαϊκὸν παρὰ κυρίου Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ.*

Ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεὺς ἐνδὺς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ στὰς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λέγει[436])· *ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός· ὁ*[437]) *δὲ ὑπηρέτης ἀποκρινέσθω αὐτῷ τὸ λοιπόν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἶτα κλίνας ἑαυτὸν ὁ ἱερεὺς λέγει· ἐξομολογοῦμαι τῷ θεῷ καὶ τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ Μαρίᾳ καὶ πᾶσιν ὑμῖν, ἀδελφοί, ὅτι ἥμαρτον σφόδρα λόγῳ, ἔργῳ, διανοίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ· τούτου χάριν δέομαι ὑμῶν, δεήθητε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ θεοῦ.*

[427]) Morell. *ἔγηρον.*

[428]) *Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου ἡ θεία λειτουργία* etc. cum interpretatione graeca Georgii Codini. 1596, 8.

[429]) T. XII p. 869 sqq.

[430]) Fabric. B. Gr. T. XII p. 59.

[431]) Cf. Pasinum T. I p. 222.

[432]) J. Morellius l. l. p. 51.

[433]) Alii codd. Parisini Nr. 893 et 1260 eandem habent.

[434]) Codd. Barber. et Taurin. *ἀπὸ λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν ἑλληνικήν.* In editione Parisina est *ἡ θεία λειτουργία* sine interpretis nomine.

[435]) Missae Gregorii latinae, quae in Operibus ejus leguntur T. X p. 48 et p. 79 Venet., ab hac recedunt.

[436]) Cod. Taur. *λεγέτω.*

[437]) *ὁ δὲ — λοιπόν* desunt in cod. Taur., qui paullo post *ὁ ἔλεος* habet.

[438]) Cf. Psalm 136, 1.

[439]) Similia leguntur in Ordine Missae; cf. Missale (1627) p. 231.

Constat Missa (eadem qua Catholici adhuc utuntur) ex duabus partibus, ex priore, quae ingressum, confessionem et absolutionem ex Canone Missae [440]) sumta partim in brevius coacta, partim integriora habet. Sequuntur in altera parte nonnulla de discrimine inter Missam Latinorum et Graecorum ab interprete addita [441]), quae excipit pro exemplo Missa in festo S. Trinitatis, his incipiens verbis p. 6:

Benedicta [442]) *sit sancta trinitas atque indivisa unitas; confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Amen.*	*Ηὐλογημένη εἴη ἡ ἁγία τριὰς καὶ ἀδιαίρετος μονάς· ἐξομολογησόμεθα αὐτῇ, ὅτι ἐποίησε μεθ᾽ ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτῆς. Εὐλογήσωμεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ἀμήν.*

Composita vero est ex Missa in festo S. Trinitatis, ex Ordine Missae et ex Canone Missae, quae in Missali romano leguntur, ita ut verba graeca conversionis et latina Missalis plerumque inter se consentiant [443]); singula tamen aliter collocata [444]), et circumcisa sunt vel desiderantur [445]), vel a latinis differunt [446]). Eadem interpretatio graeca ex hac editione Parisina in Bibliotheca patrum Morelliana Tom. XII p. 369 sqq. typis repetita extat, sed deest prior pars et nonnulla alia, nescio cur, in Canone Missae. Inde fortasse explicandum est, quod Barberinus et Venetus [447]) codices Chrysolorae missam graecam auctiorem et perfectiorem, quam quae in Bibliotheca patrum est, habere dicuntur. Ceterum interpretatio ad verbum facta nihil habet, quo ab ejusmodi conversionibus distinguatur.

Una cum Chrysolora in concilio Constantiensi anno MCCCCXVI erant quum alii legati et Manuelis Imperatoris et episcoporum graecorum, tum duo *Joannes* patriarchae et Constantinopolitanus et Antiochenus, quorum hic legem latine tulit, ex qua papam a negotiis removeri illicitum esset.

Basileensi quoque concilio legati Graecorum interfuerunt. Joannes enim VII Palaeologus Imperator, ad concilium invitatus, anno MCCCCXXXIV *Demetrium Palaeologum, Isidorum* et *Joannem Dissipatum* [448]) nuncios cum bulla aurea imperatoria et

[440]) Missale p. 231 sq.

[441]) p. 6 *Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ τῶν λατίνων λειτουργίᾳ τὰ μὲν ὡςαύτως λέγεται, τὰ δὲ καὶ ἀμείβεται.*

[442]) Missal. p. 344.

[443]) Oratio p. 8 et Secreta p. 12 cum Missal. p. 344; Praefatio et Cantus p. 12 cum Missal. p. 251—53 (s. 263—265).

[444]) Cf. Offertorium p. 10 cum Ordine Missae p. 235 et 237 et Communionem p. 26 sq. cum Canone Missae p. 288 sq.

[445]) Desunt omnia, quae in Canone Missae post Agnum dei et post Orationem p. 289 sequuntur, praeter *Corpus et Sanguis* etc.

[446]) Inprimis id factum in Communione p. 26.

[447]) Leo Allat. apud Fabric. B. Gr. T. XII p. 69 et J. Morelli l. l. p. 51 sq. Hinc corrigenda, quae Hodius de diversis conversionibus Chrysolorae et Codini teste Harlesio ad Fabric. B. Gr. T. VI p. 326 habet.

[448]) Alii volunt Dishypatum a graeco *δὶς ὕπατον* i. secundo consulem.

cum bulla plumbea patriarchae Constantinopolitani de concilianda utraque ecclesia Basileam miserat [449]). Quo facto concilium, ut concordia confirmaretur, Constantinopolin oratores legavit, qui quum rem graece exponere non possent, coram Imperatore lingua latina usi sunt [450]). Iidem cum epistolis latino graecoque sermone scriptis [451]) Basileam reversi sunt, ubi postea, anno MCCCCXXXVI, de rebus Graecorum agi coeptum est [452]). In eodem concilio fuit idem, quem antea commemoravi, *Joannes* patriarcha Antiochenus, qui ibidem libellum *de superioritate inter concilium et papam* latine scripsit [453]), et *Andreas de Petra* archiepiscopus Rhodius [454]), qui primum Basileae (MCCCCXXXV), postea Ferrariae (MCCCCXXXVIII) pro Latinis cum Marco Ephesio disputavit. In eodem concilio erat *Georgius Gemistius Pletho* [455]) Byzantinus, doctrina insignis, et *Joannes Bessarion* [456]) Trapezuntinus, qui non modo scriptores latinos, Ambrosium, Augustinum [457]), Hieronymum, Hilarium [458]) legerat, sed etiam orationem suam de conjunctione utriusque ecclesiae, ad synodum Florentinam MCCCCXXXIX habitam, ipse quamvis libere in latinum transtulit [459]), et *Georgius Trapezuntius* [460]), Graecorum fere *primus Romae*, ut utar Jovii [460a]) verbis, *qui graeca feliciore stilo in latinum vertisse* [461]) *existimatus est, uti liquidissime constat ex Aristotelis* [462]) *sacrisque Eusebii Caesariensis operibus et ex rhetoricis praeceptis Hermogenis.* Idem, nisi forte alius [463]) est, Joannis Chrysostomi homilias [464]) aliquot et Basilii sermonem de spiritus sancti processione [465]) latine convertit.

Paullo post Graeci et in synodo generali, Ferrariae anno MCCCCXXXVIII incepta et postea Florentiae peracta, cum Latinis convenere, ipse Joannes VII Palaeologus Imperator, Josephus patriarcha Constantinopolis, episcopi Graecorum plurimi et

449) Coleti Concil. gener. T. XVII p. 306. 309 sq.
450) Colet. l. l. p. 646.
451) Colet. l. l. p. 842; epistolas latinas vide p. 792 sqq. et p. 815 sq.
452) Colet. l. l. p. 334 sqq.
453) Legitur apud Coletum l. l. p. 706 sqq.
454) Fabric. B. Gr. T. XI p. 67 et p. 478. Disputationes ejus extant in actis concilii Florentini; cf. paullo post p. 47.
455) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. VIII p. 79 sq. et T. XII p. 85 sqq. Harl.
456) Cf. de eo Dissertat. supra I p. 31.
457) Cf. de process. spirit. p. 251 ed. Arcudii.
458) Cf. Colet. Concil. gener. T. XVIII p. 457.
459) Cf. Colet. l. l. p. 400 sqq. Praeterea, quae graece composuerat, confutationem Gregorii Palamae, orationem ad Alexium Lascarin Philanthropinum, epistolam exhortatoriam ad omnes Graecos, ipse in latinum convertit; cf. P. Arçud. Opusc. aures p. 66 sqq. De libris Aristotelis ab eo latine conversis agit Buhle ad Aristot. T. I p. 332 sq.
460) Cf. de eo Fabric. B. Gr. T. XII p. 70 sqq. et Dissert. supra I p. 31.
460a) Eloq. doct. vir. p. 59.
461) Aliter judicat Bessarion, qui crassiores quosdam errores, ab eo in latina Platonis conversione admissos, libro singulari reprehendit; cf. Fabric. B. Gr. T. III p. 103.
462) Cf. Buhle ad Aristotel. T. I p. 180 et 302.
463) Dicitur enim et *Gregorius Trapezuntius Cretensis.*
464) Fabric. B. Gr. T. VIII p. 552 sq. Harl.
465) Abraham Cretensis apud Colet. Concil. general. T. XVIII p. 1283 sq. et Fabric. B. Gr. T. XI p. 434 sq.

legati. Quae ibi et Graeci et Latini suo quisque sermone usi disputarunt, ea unus interpres communis [466]) explicavit, *Nicolaus Secundinus* [467]) *Euripontinus*, ut ipse se appellat, sive *Euboicus*. Is *scabello quodam inter concertantes disposito sedens* [468]), *res — graeco sermone — expositas verbis latinis et quidem gravibus et facundia plenis illico proferebat, a sensu et sententia in nullo divertens — pariterque latina lingua — exposita in graecum convenientissime referebat; — cuncta namque in graecum et latinum prolata sunt interpretis organo. — Aderant ex Latinis plurimi, qui graecis literis eruditi de fida translatione judicium dabant* vel ipsi graeca ab iis prolata latine convertebant, ut *Andreas* Rhodi summus sacerdos [469]); aderant et Graeci, qui linguam latinam callebant, *Bessarion*, tunc archiepiscopus Nicaenus, et *Dorotheus* metropolita Mitylenaeus [470]); aderant denique *tres notarii constituti pro qualibet parte, qui omnia gesta in latino et graeco fideliter conscribebant* [471]). Jam duo nobis supersunt exempla actorum, alterum ab *Andrea de sancta Cruce*, patricio et consistorii advocato [472]), qui notarii munere fungebatur, latine scriptum [473]), alterum graece sine notarii nomine [474]). Utrumque in singulis tantum partibus inter se congruunt; utrumque enim est retractatum, ita ut acta concilii, qualia notarii scripserant, pro fundamento quidem ponerentur, sed a latino certe scriptore in novam formam [475]) et in alium ordinem [476]) redigerentur. Alia sunt omissa [477]), alia addita [478]), alia omnino pro partium studio a Graeco potissimum mutata [479]). Ut interpretandi ratio cognoscatur, concilii decretum (ὅρον sive *definitionem*), in quo omnes et Latini et Graeci consenserunt, prius [480]) latine lectum ab Juliano cardinali, postea graece a Bessarione [481]) et editum Non. Jul. MCCCCXXXIX elegi.

[466]) Ita dicitur ab Juliano aequali in Concil. general. Colet. Tom. XVIII p. 540. Idem jam in concilio Basileensi MCCCCXXXI munus interpretis administraverat.

[467]) Colet. l. l. p. 539. Alii eum *Sagudineum*, *Sagundinum* vel *Saguntinum* nominant; cf. de eo Gerium Append. ad Caveum T. II p. 148, Oudin. l. l. T. III p. 2581, Saxii Onomast. liter. T. II p. 422, Fabric. B. Gr. T. XI p. 294 sq. et p. 705, Schoell Gesch. d. gr. Lit. T. III p. 524 et Dissert. supra I p. 30 et 32.

[468]) Acta concil. Ferrar. apud Colet. l. l. p. 941; cf. et p. 843.

[469]) Is comparat genitivum Graecorum cum ablativo Latinorum (Colet. l. l. p. 121) et interpretatus est Maximi epistolam graecam ad Marinum, sed ea de re vituperatus a Nicolao Secundino; cf. Colet. l. l. p. 128.

[470]) Colet. l. l. p. 21.

[471]) Fontinus de Valleresso apud Colet. l. l. p. 843.

[472]) Colet. l. l. p. 906.

[473]) Continet *Graecorum dicta ex interpretis organo* (Colet. l. l. p. 941) et legitur apud Colet. l. l. p. 845 sqq.

[474]) Legitur apud Colet. l. l. p. 5 sqq.

[475]) Latinus dialogi forma est usus.

[476]) Cf. Colet. l. l. p. 918 not.

[477]) A Graeco, cf. Colet. l. l. p. 968 et p. 1005; a Latino p. 1099; exemplum latinum omnino uberius et integrius esse videtur.

[478]) A Graeco exhortatio Josephi patriarchae apud Colet. l. l. p. 20 et not. p. 981.

[479]) Acta apud Colet. l. l. p. 1059.

[480]) Sic et papae decretum prius latine est lectum; cf. Colet. l. l. p. 21.

[481]) Colet. l. l. p. 521. *Decreti bulla fuit scripta in latino et in graeco, in una charta; in medio chartae, videlicet per longitudinem chartae, erat una linea, sicut fit in quinternis, in quibus scribuntur jura*; cf. Colet. l. l. p. 1188.

Acta concilii Florent. apud Colet. T. XVIII p. 521 et p. 1181.

